nassum gesta cōfecerunt. Libellos eorum nunc pre manib⁹ habemus. Cui horum nos credere et communicare conuenit imperator: his qui primitus dampnauerunt et veniam postea poposcerunt an eis qui adhuc hec accusare contendunt? Epictic⁹ episcopus dixit. O īperator nō fidei causa hodie nec iudicioꝝ ecclesiasticorum sermonē facit: sed vt apud senatores in romana constitutos vrbe gloriet͂ quia si superāuerit principem Impator ad liberiū dixit Quota pars es totius orbis qm̄ tu solus hominem vidicas nephādissimum vt orbis terrarum pacem ecclesieqȝ dissoluas? Liberius dixit. Non eo ꝙ ego sum solus fidei cā minuetur. nam et āntiquit⁹ tres soli reperti sunt resistentes precepto regis. Eusebius eunuch⁹ dixit imperatorem nostrum nabugodonosor fecisti. Liberi⁹ dixit. Nō sed ita irrationabiliter adiudicandus est homo qui nō est examinatus: Hec ergo peto primit⁹ generalem proferri subscriptionem: cōfirmantem fidē in nicea prolatam vt ita reuocatis ab exilio fratribus nostris ꝛ in locis propriis restitutꝭ: si hi qui turbas pariunt ecclesiis visi fuerit apostolice fidei cōsētire Tunc apud alexandriam conuenientes omnes vbi accusatus ꝛ accusatores sunt et defēsor eoꝝ examinata causa possum⁹ ꝓferre sententiam. Epicticus episcopus dixit Sed cursus publicus nō sufficit subiectui episcoporū Liberius dixit Ecclesiastice cāe publico cursu non eget Ecclesie nanqȝ sufficiūt vsqȝ ad mare perducere suos episcopos Imperator dixit. Que dudū susceperūt formam solui non possunt. Plurimorum nanqȝ episcoporū debet valere sententia. Tu sol⁹ es qui amicicias illius scelerati defendis. Liberius dixit. Imperator nunꝙ audiuimus absente accusatore iudicem eius scelera ꝓferentem: nisi qr propria videt͂ hec odis Imperator dixit. Omnibus quidem nocuit ī communione nulli tamē ita sicuti michi Cui dum non sufficeret interit⁹ fratris mei maioris: neqȝ beate memorie cōstātem cessauit in meis inimiciciīs frequēt͂ īpellere: nisi nos maiori mansuetudīe detēti īpellētis momēta tēperassemus: Nulla itaqȝ michi victoria ē neqȝ cōtra magnētium vel silitanū nisi illū scelestū ab ecclesiasticis reb⁹ expulero. Liberi⁹ dixit Noli ꝑ epos tuas vidicare iimicicias. Man⁹ eni ecclesiasticoꝝ ad sāctificandū vacare debet. Qua ꝓpt͂ si tibi videt͂: iube vocari ad loca ꝓpa sacerdotes ꝛ si concordes apparuerīt ei quē nos ī pñti defēdim⁹ scd̄m fidem orthodoxam in nicena synodo constitutam: tunc conuenientes prouidebunt pro mundi pace et homo qui non peccauit non reprobaretur: iniuste.

Imperator dixit vnum est quod queritur. Volo enim te amplectētem ecclesiasticā cōmunionē ro me denuo destinare et propterea concorda paci et subscribēs rome reuertere. Liberi⁹ dixit. Rome iam fratribus valedixi Maiores enim sunt ecclesiastice sactiones q̄ rome habitatio ciuitatis Imperator dixit Ergo trium dierum spacium ad deliberationē habes si vis subscribere rome reuerteres aut certe cogita i quem vis deportari locum. Liberius dixit. Spacium trium dierū rationem nequaq̄ mutare potest. Quapropter vbi vis dirige me. Imperator autē post duos dies examinato liberio et nequaq̄ a suo proposito reuocato iussit eū in beria tracie exilio deportari. Egredienti liberio imperator ad expensas quingentos solidos destinauit. Tunc liberius deferenti dixit. Vade da eos imperatori. opus enim habet suis militibus erogare. Similiter et augusta tantos ei direxit. Liberi⁹ dixit Redde hec imperatori op⁹ eni habet hec ad expensas militū suorum. Si autem imperator hec non habet opus det eos auxentio et epictico Illi enim opus hec habent Dūq; ab eis nichil accepisset eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos Cui liberius ait. Totius orbis ecclesias desolasti et tanq̄ dānato mihi hec affers: vade prius et fie christian⁹. His itaq; gestis post tres dies nichil accipiens miss⁹ exilio est.

¶ Capitulū decimūoctauum

Veritatis itaq; ppugnator et victor trachiam sicut iussum fuerat vsq; peruenit. Duobusq; trāsactis annis cōstantius rome venit. Procerum vero senatorūq; coniuges rogabāt viros suos vt constātio supplicarēt. quatin⁹ pastorē gregib⁹ restitueret. Dicebant eni q2 nisi flecterent animū principis eos ipse relinquerent et ad pastorem illum maximum properarēt. At illi dixerūt. Nos furorem principis formidamus ne forte aliquā veniam pmereamur Sed vobis inquiunt magis rogātibus forsitā parcet. Et vnū alteri⁹ fiet aut preces suscipiet: aut si flecti nequiuerit sine aliq; iiuria vos dimittet. Hoc consiliū mulieres ille laudibus maximis proferende percipientes cum ornatu solito adierunt imperatorē quatin⁹ ex veste sublimi isignes eas et nobiles arbitratus reuerentiam eis haberet et parceret Adeuntes enim principē tali voce clamabant Miserere tante ciuitatis pastoris prouidentiā nō habentis que luporum patet insidijs. At ille respondit non egere pastore alio ciuitatē Esse nāq; pōtificem qui eorum curam haberet Post magnum nanq; liberium quidam diaconorum eius felix nomine fuerat ordinat⁹ Is expositam in nicea fidem incon-

cusse seruauit: sed corruptoribus ecius sine discretione communicabat. Nullus tamen rome habitantium in basilicam ingressus ē cum ille intus astaret. Hoc autē etiam matrone ille imperatori dixerunt. Qua gratia flexus / precepit illum inter omnes egregiū reuocari et vtrunq ecclesiam gubernare communiter. His ergo litteris in scircensi spectaculo relictis populus clamabat iustam principis esse sententiam vt sicut dupliciter coloribus diuisi sunt speculatores: sic oportere alterutrum his / alterutrum aliis presidere. Cum ergo primitus principis litteris sic lauissent: postea cōmoti communi voce clamauerūt. Unus deus vnus christus vnus episcopus. Ipsas enim voces et ego iustum ponere iudicaui.
Post has vero christo amabilis populi pias et iusticia exornatas voces sanctissimus quidem liberius est reuersus. Felix autem recedens habitauit aliam ciuitatem. Socrates.

¶ Capitulum. xix.

Ea tempestate leontio moriēte qui hereticum Etium diaconum ordinauerat: eudoxius germanice episcopus que est ciuitas syrie cum esset tunc rome presens finxit sibi causam necessitatis incūbere: et imperatori callide locutus quasi ciuitas germanitiorū eius prouidentia atq custodia indigeret: petiit vt remearet ad patria. Quem princeps nihil prospiciens abire dimisit. At ille cubicularios cooperantes habens relicta ciuitate sua anthiochenū vsurpauit episcopatum. Fouere nanq studebat Etium. Ob quā rem nisus est concilium facere sacerdotum: et ordinationem ei restaurare dyaconatus. Quod nequaq̄ gestum est eo q magis valeret odium contra Etium q̄ Eudoxii desiderium Et de his quidē tantum nosse sufficiat.

¶ Capitulum vicesimum.

Eorum igitur q ariminino conuenerūt orientales ea que de athanasio gesta sunt taciturnitati tradentes ad concilium se occurrisse dicebant. Quorum studio coherebant vrsatius et valens qui ab initio quidē arrianū dogma tenuerant. In medio autem omousianis consenserant dato libello romano pontifici sicut iam dictū est. Isti nanq semper ad partes pro tempore valentium declinabant. Quorum adiutores erant germinius. auxentius. dimophilus. et gayus. Dum ergo in concilio presentium alter aliud proponere conaretur: tunc vrsatius et valens dicebant omnia que de fide dicta sunt debere suspendi: et suscipiendam nouellam expositionem quam paulo āte syrmio cōuenientes ediderant. Hec dicentes et cartulam pre manibus ha

bentes legi fecerunt secundũ ex-positionem fidei syrmio pꝛolatã quam ibi quidem sicuti pdixi celauerunt. Arimino autem osten sa est. Cuius exemplar hoc est.

¶ Credimus in vnum et verum deum patrem omnipotentẽ creatorem et opificem omnium. Et in vnum vnigenitum filiuꝫ dei ante omnia secula: et ante omne pꝛincipium ⁊ ante omne quod opinari potest tempus et ante omnem perceptibilem opinionẽ natum impassibiliter ex deo p queꝫ et secula perfecta et omnia facta sunt. Natum autem vnigenitum solum ex solo patre/deum ex deo similem generanti patri secũduꝫ scripturas. cuius generationem nullus nouit nisi solus qui genuit eũ pater. Hunc nouimus vnigenitum eius filium nutu paterno venisse de celis ad destructionem peccati et natum ex maria virgine: ⁊ cum discipulis conuersatum et omnem complesse dispẽsationem secundum paternaꝫ voluntatem: crucifixum et mortuũ et ad inferos descendisse: et q̃ ibi erant dispensasse. quẽ ianitores inferni videntes expauerunt ⁊ die tercia resurrexisse: ⁊ cum discipulis conuersatuꝫ: et quadraginta diebus expletis in celos ascendisse et sedere a dextris patris: et venturum nouissima die in gloria patris ad reddenduꝫ vnicuiqꝫ secundũ opera sua. Et in spiritũ sanctum / quem ipse vnigenitus dei filius iesus chꝛistus mittere compꝛomisit generi hominũ cõsolatorem secũm q̄ scriptum est. Uado ad patrem meum et rogabo eum et alium consolatorẽ mittet vobis spiritum veritatis / ille ex meo accipiet et docebit et commemorabit vobis omnia. Nomẽ vero substantie eo q̄ simpliciter a patribus positũ a populis ignoretur: et scandalum faciat: ⁊ quia nec scripture hoc continent placuit abrogari et omnino nullam memoriã substantie in deo eẽ de cetero eo q̄ diuine scripture nusq̄ de patris substantia filijq̄ meminerint. Similem vero dicim⁹ filium patri per omnia sicut sancte scripture dicunt ac docent.

¶ His itaq̄ lectis consurgẽtes quibus hec displicebant aiunt. Non fide egentes hic venimus. Integram nanq̄ seruamus quã percepimus ab initio: sed magis vt si qua circa hec nouitas sit omnino pꝛohibeamus. Si ergo hec q̃ lecta sunt nullam faciunt nouitatem: aperte iam anathematizate heresim arrianam sicut et alias hereses regula ecclesie tãq̄ blasphemas abiecit: quia ei blasphemum arrij dogma turbas ecclesie que etiam nunc fiũt excitauit: atq̄ seditiones toto orbi terrarũ valde notissimũ est. Hec ergo ppositio dum ab vrsatio et valente et reliquis suscepta nõ fuisset ad plenum diuisit ecclesiam. Alij nanq̄ his que arimino sũt lecta consenserunt. Alij vero nicenam denuo roboꝛauerunt fidem. Ho

riserunt autem subscriptionem il lius lectionis: et maxime athanasius alexandrie ciuitatis episcopus in epistola quam suis familiaribus destinauit. Quam qui legit inueniet q̄ forti dictiōe sit plena. ¶ Theodoricus.

¶ Dicebant autem arriani conuenientes arimino: volentes hesperijs suadere simplicibus: quia non oportet propter duo verba q̄ nec inuenirentur scripta separari corpus ecclesie: sed similez per omnia profiteri filium genitori: substantie vero tacere nomen. Sed fallaciam sentientes horuz omousiani pontifices eos abdicauerunt. Ipsi vero litteris insinuauerunt imperatori propriam voluntatem / dicentes illos se eē patrum niceni concilij pariter et heredes. ¶ Socrates.

¶ Hoc tamen sciendum quoniā synodus quidem vrsatium et valentem: auxentium et germiniū: gaium et dinofilum: eorumqz socios condemnauit: arrianū dogma anathematizare fugientes. Qui propter hanc damnationē indignati ad principem celeriter aduenerunt: portantes lectam i concilio fidem.

¶ Theodoricus.

¶ Apertius autem integram n̄ dei regulam eorū epystola ad cō stantium scripta monstrauit. Cuius verba sunt hec.

¶ Capitulum. xxi

Diuina iussione et precepto pietatis tue olim dogmatizata constituimus. In ariminum nanqz ex vniuersis occidentalibus ciuitatibus omnes conuenietes simul episcopi: vt et fides catholica cognosceretur ecclesie / et qui contraria sapiunt panderent. Multum nanqz disceptantibus nobis inuenimus optimum esse statutam fidem antiquitus permanere / quam etiam prophete euangelia necnon apostoli per iesum christum dominum nostrum predicasse noscuntur. Qui et tui regni protector / tueqz salutis auxiliator est: quatenus hanc tenentes custodiamus et custodientes ad finem vsqz seruemus. Incongruum enim nepharumqz videtur ex his que recte iusteqz diffinita sunt aliquid permutare id ē horū qui nicea cōmuniter cū gloriosissimo constantio tuo patre et īperatore deliberata atqz defixa sunt. Quorū doctrina atqz sensus discurrit atqz predicatus est ī oīum hominū auditus atqz mētes Hec fides sola arrianam heresī expugnauit et perdidit: per quaz non illa sola sed etiam relique hereses sunt damnate. Cui vero addere quicq̄ incautum est: et auferre periculosum. Et siquidem horuz alterum fiat erit inimicis facultas augendi que volunt. Quapropter vrsatius et valens quoniam participes et cōcordes

arriani dogmatis erant) a nostra sunt communione segregati. Quã vt reciperent cognoscentes delicta quibus peccauerunt penitẽtiã atq3 veniam ĩpetrare poscebant ⁊ rescripta eorum hec ita se habere testantur: per que criminum veniam consecuti sũt. Erat enim tempus quo hec gesta noscuntur: quando mediolano synodus celebrata est presentibus ecclesie romane presbiteris cognoscentes simul etiam post mortem dignissime memorie nominandi Cõstantini: cum omni integritate et examinatione cõscriptam exposuisse fidem. Qui cum ab hac luce baptismate percepto discesserit et ad premia debite pacis abierit incongruum esse iudicamus post illũ aliquid nouitatis admittere: tantosq3 sãctos confessores et martyres et huius dogmatis conscriptores. inuentoresq3 despicere qui secũdum antiquam ecclesie sanctionem per omnia sapuisse noscuntur. Quorũ fidem deus in tempora imperij tui transmisit: p dominum nostrum iesum christum per quem tibi imperium tale cõcessum est vt etiam nostri orbis terminos obtineres. Rursus ergo infelices isti / et sapientia vilissimi scilicet vrsatius ⁊ valens presumptione nepharia impie cogitationis predicatores semetipsos ãnunciarent: ⁊ veritatis d̃ni nũ mutare cõtẽdũt. Dũ ei ſm tuũ pceptũ ɔcilij iura celebrarẽt / illi concilium sue fallacie nudauerunt. Nitebantur enim calliditate quadã atq3 seditione aliqd nouitatis inserere. Huiusmodi enim malicie captos inuenim⁹ germanum quendam et auxencium: et gayum heresim contẽtionemq3 facientes. Quorum doctrina vna quidẽ existens vniuersam molem blasphemiarum transcendere cõprobatur. Qui cum viderent nos neq3 sue volũtatis esse: neq3 concordes horũ que male sapere videbantur a nostro se concilio mutauerũt vt quasi aliud conscribere viderẽtur. Erat vero tẽpus breue. qd etiam eorũ aperuit voluntates Sed vt non semper ecclesiastice cause in easdem incurrant concussiones. Nam turba atq3 seditio repetita vniuersa confundit firmum nobis visum est vt que dudum decreta sunt legaliter imutabiliterq3 seruẽtur. Predictos aũt viros a nostra communione secernim⁹. Qua causa legatos ad tuã mãsuetudinẽ mittimus ɔcilij sẽtentiã per nr̃am denũciaturos epistolã. Legatis aũt pre oĩb⁹ ista pcipim⁹ vt veritatẽ affirmẽt ex pscis ⁊ iustis ratiõib⁹ exponẽtes: q etiã tuã religionẽ instruant: quoniã non sicut alij vrsatius atq3 valens: erit pax si quid istarũ sanctionũ fuerit immutatũ. Quõ eni pax eẽ credenda ẽ apd eos qui pacis iura subuertunt? Contentio eni et seditio p hec iter reliquas ciuitates

et ecclesiam romanā poti⁹ orietur Quapropter tue mansuetudini supplicamus vt placidis aurib⁹ nostros legatos ꝛ oculo tranquillo respicias neqꝫ ad iniuriam defunctorum noui aliquid immutari permittas sed permanere non sinas in his que a progenitorib⁹ definita atqꝫ sancita sunt quippe quos omnia cum deliberatiōe atqꝫ scientia et spiritu sancto celebrasse confidimus. Ea enim que ab illis nunc innouantur: credentibus quidem incredulitatem inferunt: non credentibus vero credulitatem. Supplicamus itaqꝫ vt precipias eos qui per diuersa loca detinētur: quos ꝛ etatis grauamen et angustia paupertatis affligit ad propria remeare ne desolate sublatis episcopis videantur ecclesie permanere. Super hec etiam hoc rogamus: vt nihil his que iam terminata sunt aut addatur aut adimatur: sed oīa inuiolata permaneant: que et a pietate tui patris et tuis quoqꝫ conseruata temporibus: neqꝫ de cetero nos fatigari et a proprijs parochijs alienos esse permittas q̄tenus epi cum proprio populo in pace orare: et diuino cultui vacare possint: supplicantes deo pro pace tui imperij pariter ꝛ salutis quam tibi diuinitas in perpetuū largiatur. Nostri vero legati episcoporum subscriptiones ꝛ nomina deferunt: qui etiam lectione diuine scripture religionē tuā poterunt edocere. ¶ Socrates. ¶ Hec itaqꝫ synodus scripsit. per epos destinauit. Ursatius autē ꝛ valēs eorum preuenientes aduentū derogauerunt concilio ostendentes impatori expositionē fidei quā portabāt. Imperator arriano dogmati fauens indignatus aduersus synodum: ꝛ vrsatium atqꝫ valentē potius honorauit. Quamobrem qui a cōcilio fuerant destinati tardauerunt: non valentes impetrare responsum. Sero tamen ad synodum constantius per p̄ntes episcopos huiusmodi scripta direxit. ¶ Capitulum.xxiij.

Constantius victor ac triumphator augustus vniuersis episcopis arimino congregatis. Semper equidem ꝛ pro omnib⁹ cogitare nos de sacra et adoranda lege non ignorat vestra benignitas. Nunc autē viginti quos vestra sapiētia destinauit episcopos: legationis sue causa interim videre nequiuimus cum sit nobis necessarium circa barbaros iter Et sicut nostis decet animo puro ab omni cogitatione vtilitatē diuine legis examinare. Iussimus igitur episcopos in adrianopoli nostram sustinere regressionem. vt cum vniuersa respublica fuerit bene disposita tunc que gesserūt audire possimus. Uestre aūt sanctitati non videatur onerosū eorū expectare regressum: vt dū redeunt nostrū vobis referentes

respōsum perducere possitis ad terminum que ecclesie catholice vtilia esse noscuntur. Has litteras suscipiētes: epi talia denuo rescripserunt.

Capitulū. xxiij.

Litteras clemētie tue suscepimus dñe deo amabilis iperator quibus continetur quia propē necessitatem publicam interim non potuistis nostros videre legatos: nosq; iubetis vt eorū sustineamus aduētum donec que a nobis decreta sūt & nostris progenitoribus consonare noscuntur: ab eis pietas vrā cognoscat. Quāobrē et nunc per has litteras profitemur atq; firmamus nequaquā nos a proposito nostro recedere. Hoc etiā nostris legatis iniunximus. Supplicamus igitur vt animo tranquillo et presentes nostre mediocritatis litteras relegi iubeas: vt illa que per legatos nostros mādauimus libenter accipias. Illud itaq; nobiscū cōsiderari tua mansuetudine debet quanta sit modo tristicia quātusq; meror vt beatissimis temporibus tuis tante ecclesie priuate videātur episcopis. Et propterea rursus tuam clementiam deprecamur dñe deo amabilis imperator: vt aū asperitatem hyemis si tamē vrē placet pietati nos ad nrās eccl'ias remeare pcipias: q̄tin⁹ et nunc possim⁹ oīpotēti deo et dño saluatori nr̄o christo ei⁹ filio vnigenito pro tuo imperio solēnes orationes celebrare cum populo

Capitulum. xxiiij.

Dum hec scripsissent et modicum sustinuissent tempus: imperatore nullum donante responsū ad ciuitates proprias recesserūt princeps autem cum et prius cō tenderet arrianam sectam p ecclesias seminare occasionem iniurie sue illorum habuit discessionem dicensse contemptum eo q̄ pter iussionem eius concilium videretur esse solutum. Quapropter vrsatio et hiis qui circa eum permissionem dedit contra ecclesias agendi fiducialiter quodcū q; placuisset. Explanationem vero lecte in arimino fidei iussit per ecclesias ytalias destinari: precipiens vt nolenteam ea subscribere pellerentur ecclesiis & in eorum locis alij subrogarentur episcopi

Socrates.

Capitulum. xxv.

Vrsatius autem eiusq; consentanei ab ytalia discedentes venerunt ad ciuitatē trachie nomine nicen. Quo breui tempore cō morātes aliud fecere ɔciliū. Et lectā i arimio expositionē fidei greco interp̄tantes elodo publicatā ɔfirmauerūt & postea deuulgabāt

eam esse fidem que ab vniuersali concilio et dictata erat ꝛ edita niceni similitudine nominis niceni simpliciores hac subreptione deciperent: putabant eī in nicea bithinie esse dictam fidem sed nihil profuit eis tale cōmētum. Post paululum nanqꝫ confusi atqꝫ derisi sunt. ¶Sosomenus.

¶Capitulum.xxvi.

Interea sētiēs athanasius sibi insidias preparari nequaq̄ ad īperatorē venire presūpsit neqꝫ hoc vtile iudicauit: sed electos ex egypto quinqꝫ episcopos: iter quos serapionē thumitesē viꝝ precipua vita sanctum et ad loquēdum valde copiosū: mittit ad pricipē tunc in occidente degentē. Cū quibus etiā tres presbiteros per quos sibi placaret īperatorē et pro derogationibus satisfacerent inimicorū aliaqꝫ facerēt que ei vel ecclesiis expedirent. Quibus nauigantibus paulo post littere venerunt īperatoris euocantes eum. Ob quam rem athanasius et populus est turbatus cuꝫ neqꝫ heretico īperatori obedire cautum esset: neqꝫ reluctari sine periculo. Uerumtamen ire distulit et litterarum portitor sine effectu reuersus est. Superueniente autem estate veniens alius ab imperatore missus cum prouincie iudicibus cogebant eum. Clero qꝫ nimis erat infestus. Porro populum paratum videns ad bellum etiam iste reuersus est. Nō multo post tempore congregantur ex egypto et lybia legiones. Et cum nūciatum fuisset celari athanasium ī ecclesia que vocatur theone: assumens milites dux eorum et hilarium ab imperatore denuo destinatum: inopinate fractis ianuis in ecclesiā introiuit. Et vbiqꝫ requirens athanasium non inuenit. Dicitur enīꝫ quia sepius diuino nūcio pericula multa fugerit sicut etiaꝫ deo prouidēte hoc discrimen euasit.

¶Sosomenus.

¶Capitulum.xxvij.

Ex his et huiusmodi factis: ei a deo prenunciatis a paganis et hereticis appellabatur magus. Sermo nanqꝫ fertur coꝝ aliquādo eo ꝑcedente per ciuitatē contigit auolantem corniculā clanitare. Quo facto astans multitudo paganorum velut mage derogantes: petebant vt eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille vero fertur silētio dixisse subridens. Cras latina lingua dies ventura significatur. Hoc ergo clamans tristem vobis existimo significat diem imperatoris romani iussionē. Et ita contigit vt athanasium sermo licet derisus fuerit venerit ad effectū. Altera nāqꝫ die pn̄cipis lr̄e venerīt ad iudices: iubētes vt pagani sua igredi

non permitterentur ad tēpla neq; solēnes supstitiones festiuitatesq; celebrarent. Tunc ergo festiuitas corū venerabilis gnalis q; destructa. ¶ Socrates.

¶ Capitulum. xxviij. A

Cum igitur frequēter sicuti dictum est athanasius pericula declinasset: cler⁹ et pp'l's ei fauēs tenebat ecclesias: donec prefect⁹ vt dictum est egipti et dux militū ei icientibus eos et sustinentibus georgium eas cōtraderēt. Qui nō multo post venit et eccl'as suo iure possedit. Qui dum pter schema et mores sacerdotū violētus existeret: et maxime circa athanasiū laudatores quib⁹ vtiq; vincula et plagas viris et femis velut tyrannus inferebat: accēsus populus pene peremerat eum: nisi vir ereptus fugisset ad principē. Quo facto rurs⁹ sequaces athanasiū ecclesias mľto tēpore tenuerūt. Quas iterum veniēs dux egypti georgij noscitur tradidisse fautoribus. Post hec autē excepto re principis veniente multi alexandrinorum supplicio traditi sunt. Postq; etiam ipse georgi⁹ terribilior suguenit: et priori tēpore magis odibilis tanq; q mouerit pricipem ad multorum necem. Cui B vtiq; derogabāt egyptij monachi: quorum gloriā multitudo vniuersa sequebatur et vera eorum testimonia iudicabant: quia summe philosophie virtute degebant. ¶ Theodo.

¶ Qui igitur expositam fidē nice trachie omnes accusant milites veritatis: et precipue habitātes hesperiam testātur littere ab eis ad illiricum destinate. Quarum litterarū auctor fuit eps ecclesie romane tunc damasus qui post liberium pontificatus iura susceperat multis virtutū ornatus insignib⁹: habuitq; in his litteris nonaginta consortes ex italia atq; gallijs ī romana vrbe cōuenientes. Quorum nomina pter multitudinē ponere distuli. Textus autem epistole talis est.

¶ Capitulum vicesimūnonū.

Damasus et valerianus et ceteri episcopi dilectissimis fratribus in illirico constitutis episcopis in domino salutem. Credimus sāctam fidem vestram in apostolorum eruditionem fundatā hanc tenere: et hanc populis vniuersis exponere: que videlicet a constitutis patrum nulla ratione discetit per quos iustum est ceteros erudiri. Sz relatiōe gallicanorū venetorū fratrū qsdam heresibus fauere cognouimus. Quod malum non solum cauere debent episcopi: sed etiam reluctari contra ea que gesta sunt īperitia aut simplicitate: quorūdam prauis īterpretationibus deceptorum. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari: sed magis patrum nostrorum roborari sententiam

Capitulum.xxix.

Auxencium igitur mediolani pcipue in hac causa dānatum esse prescriptum est. Unde iustum est omnes in vniuerso romanorum orbe doctores legis: ea que legis sunt sapere/ et non fidem doctris varijs maculari. Itaqꝫ dum primum hereticorū cepisset nequicia pullulare sicut etiā nunc blasphemia nephandorum patet arrianorum. Tūc patres nostri trecenti decem ⁊ octo electi: habito tractatu in vrbe nicena hunc murum firmissimū cōtra arma dyabolica statuerūt: et hoc remedio venena mortifera sūt expulsa vt pater ⁊ filius vnius diuinitatis: vnius virtutis: vniuscuiusqꝫ magnitudis debeat credi: vniusqꝫ essentie siue substantie simul et spiritussanctus. Aliter vero sapientes alienos esse a nostra communione iudicauerunt. Quem terminum salutarem adorabilemqꝫ deliberationem corrumpere quidam alijs cogitationibus atqꝫ temerare voluerunt. Sed in ipso principio ab his ipsis qui in arimino renouare atqꝫ retractare compellebantur vsqꝫ ad hoc causa correpta est: vt confiterentur alia sibi circumuentione subreptum aut certe quia non intellexerunt patrum sententie in nicea constitute hoc esse contrarium. Necqꝫ enim preiudicium aliquod fieri potuit p numerū arimino cōgregatum: quando constat neqꝫ romanum episcopum cuius ante omnia decebat eos expectare decretum: neqꝫ vincentium qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit: neqꝫ alios talibus prebuisse consensum: maxime dum sicut prediximus isti ipsi qui per cōuentionem declinasse videbantur ipsi denuo vtentes meliori concilio: hec sibi displicere testati sunt. Perspicit itaqꝫ vestra salubritas hanc solam fidez que nicea apostolorum auctoritate fundata est esse perpetua nr̄ mitate seruandam. et simul orientales hoc facere nobiscum qui se catholicos esse cognoscunt: occidentales etiam gloriari. Credimus autem languentes i isto conamine: non tarde nostram sperandos esse communionem: et ab eis episcopatus nomen auferri: quatinus populi eorum liberati errore recipirent. Nullo enim modo a deceptione poterūt corrigere populuz: qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet igitur cum omnibus dei sacerdotibus etiam charitatis vestre sententia in qua vos stabiles ac firmos existere iudicamus. Sic ergo etiam nos vobiscuz recte credere debemus vestre nos caritatis letificate reciprocis litteris. Ualete fratres carissimi. Sed et maxim⁹ athanasius in epistola quam scripsit ad afros taliter de ariminensi cōcilio disputauit.

¶ Sosomenus.
¶ Capitulum.xxx.

His ita q̄ prolatis quis recipiat eos qui ariminense aut aliud cō cilium preter nicenū nominare p̄sumunt: aut quis nō habeat eos odiosos qui respuunt quidē constituta patrum: et ea que nuper arimino contentiose atq̄ violenter cōposita sūt preponunt: quis istis concordabit hominibus neq̄ propria recipiētibus: nam in suis decem et amplius sicut predixi conciliis alio tempore aliud conscribentes manifesti sunt: q2 singula eorū accusare noscuntur Et hoc patiuntur quod tunc iudei proditores perpessi sunt. Nā sicut illi relinquentes solū fontē aque viuentis lacus sibimet foderunt qui aquam continere nō possunt quod scriptum est apud hieremiam prophetam: sic ⁊ isti reluctantes vniuersali concilio foderunt sibi multa concilia que apud eos inania ⁊ virtutem non habere manifestata sunt. Non igitur patiamur eos qui preter nicenum ariminense presumūt: vel aliud nominare concilium cum ⁊ ipsi qui ariminense suscipiunt ignorasse que in eos gesta sūt noscuntur: nam tacere potuerant. Nostris enim carissimi cognoscētes et vos a vestris qui tunc interfuerunt arimino: quoniam vrsatius et valēs eudoxius et auxētius simulq̄ aymophilus condemnati sunt: volentes aliud q̄ statutum est nicea conscribere: quando compulsi anathematizare arrianam heresim respuerūt cui potiꝰ patrocinari conati sūt. Episcopi vero vere integri domini serui recteq̄ credentes: pene ducenti conscripserunt sufficere nicenam solummodo fidem: ⁊ nichil amplius nichilq̄ minus preter illam querere velle seu sapere Hec enim etiam constantio significauerūt qui iusserat celebrari conciliū. ¶ Socrates.

¶ Capitulum. xxxi.

Interea macedonius vicinas constātinopolitane vrbi prouincias ciuitatesq̄ t̄babat: excitans ministros propriū languoris aduersus ecclesias: et in cirrico quidem eleusium fecit episcopum: ⁊ nicomedia maratonium: qui primum dyaconus fuerat/ habens studium constituēdi monasteria virorum ac feminarum. Is itaq̄ macedonius episcopatu potitus affligebat eos qui illi consentire fugiebant: ⁊ non solum orthodoxos sed etiam nouacianos sciēs eos quoq̄ substātialitatis nomē suscipere. Quorum episcopus agelius persecutione faciente fugiūt. Plurimi vero insignes viri detenti/ nolentesq̄ ei cōmunicare puniti sunt. Qui post tormenta violenter communionem ore suo suscipere et tenere compellebantur. Ligno nanq̄ ora hominum aperientes: eis sacramenta

deponebant. Porro mulieres et
paruulos arripientes communi
care cogebant. Si quis vero cō-
tradiceret: mox plage: vincula: et
tormenta sequebantur: ita vt e-
tiam feminarum communicare
nolentium mamillas in arca cō-
primentes absciderent Aliarum
vero aut ferro aut ouis ardenti-
bus eadem membra cōburerent
Quod ego ab auctore sene q ea-
dem supplicia est passus audiui.
¶ Socrates ¶ Hec igit ma-
cedonij pro christianitate orte sūt
actiones: cedes: pugne: sollicita
tiones: intestina bella. Que res
non solum apud eos qui ledebā-
tur: sed etiam apud familiares ei
odium vehementer excitauerūt.
Offendit autem etiam ipsum im
peratorem/ B et pro hoc et pro
alia huiusmodi causa. Domus i
qua erat arca Constantini prin-
cipis corpus habens: ruinā mi-
nabatur. Ideoque custodes eius
et qui ad orationem intrabant: e-
rant positi sub timore. Macedo-
nius ergo cogitauit imperatoris
ossa trāsferre ne arcam ruine ca
sus comprimeret. Hoc agnoscē-
tes populi prohibebant dicētes:
nō oportere principis ossa migra-
ri ne quasi exorbiri ossa viderentur. Ob quam rem in duas par-
tes populus est diuisus: aliis di-
centibus nullā esse migrato mor
tuo lesionem aliis asserentibus
esse nefas. Cum quibus etiam
erant omousij defensores. Mace
donius autem paruipendēs ver
ba contradicentiū transtulit cor
pus imperatoris i ecclesiam vbi
corpus iacet martyris acatij.
Quo facto concursus discordan
tium populorum ad illam venit
ecclesiam: et ad manus vsque per-
uentum est: ita vt multi hominū
morerentur et vestibulum eccle-
sie ac vicina porticus sanguine
compleretur. Hoc agnoscens
imperator irascitur cōtra mace-
donium et propter eos qui mor-
tui sunt et quia corpus patris e-
ius absque illius consilio migrare
presumpserit. Relinquens ergo
gubernatorem hesperiarum par
tium cesarem iulianum: ipse per
gebat ad orientem.

¶ Theodoricus
¶ Capitulum. xxxij.

Leōtius igitur
Anthiochenus episcopus
cum esset arria Anus
languorem suum celare niteba-
tur. Videnseque diuisos sacerdotes
et populum et alios dicentes i
gloria patri et filio: alios gloria
patri per filium et spiritu sancto
ipse sub silētio dicebat orationē et
nichil aliud audiebant astantes
nisi cum diceret in secula seculo-
rum. Et si quidem hoc non ma-
ligne fecisset diceretur quia pro
concordia populi fieret. Sed qz
et contra milites veritatis acue-
batur/ et non nisi hereticos pro-
uehebat / ostendebat celare pe-
stem modo amore populi mo-

do formidine pressus imperatoris qui filium dissimilem prohibuerat dici. Ea siquidem tempestate ecius magister eunomij q̄ arrij blasphemiam suis opinionibus auxerat: in dyaconatus ordine ministrabat. Sed flauianus et diodorus monachicam quidem amplectentes vitam: clare autē pro apostolicis dogmatibus laborantes episcopi anthioceni leoncij redarguerunt quas contra pietatem gerebat insidias dicētes quia elegissent virū studijs malignis imbutum qui impietatis causa culmen sū psisset potētie atq̄ ad ecclē cladem dyaconatus haberet nomē. Mirabantur autem etiam ab apostolica communione suspendi: et hesperiā venientes ea que callide gerebātur aperire. Hoc metuens leoncius ab officio suspēdit ecium. Alijs tamen rebus fouebat eum. Porro mirabilis illa societas: id est B flauian⁹ et diodorus sacerdotali ministerio nondum potiti populis tamen nimium complacentes: noctibus ac diebus cunctos ad zelum pietatis armabant. Isti nanq̄ primi in duas partes choros psallentium diuidentes ex successiōe dauiticam melodiam cātare docuerunt. Et hoc in anthiochia primitus fieri cepit. Et dispersum ad terminos toti⁹ orbis vsq̄ puenit. Istis diuinos amatores ad sepulchra martyrū puocātes: vigilias celebrabāt cum illis laudantes deum. Hec leoncius intuēs prohibere quidem iudica C uit icautū cum videret multitudinem valde viris illis optimis adherere. Sed vtens māsuetudine sermonum poscebat ab eis vt has festiuitates in ecclesijs poti⁹ celebrarēt. Cuius quidem calliditatem integre cognoscētes quod iubebatur egerūt et amatores suos ad ecclesias congregarunt: vt alacriter deum concordi voce laudarent. Sed leontius flexus nō est: vt a sua malicia temperaret. Multum nanq̄ masuetudinis gerens stephani et flacite celauit iniquitatem. Hos enim aduersarios dogmatis recti suscipiēs licet turpem habentes vitā ad presbiteratus tamen ordinem ⁊ dyaconatus euexit. Eos autem qui vniuersis virtutibus ornabantur: et apostolica dogmata defendebant absq̄ honore deseruit hac gratia. Clerus quidem multos habebat hereticos. popul⁹ vero maxime pro dogmatum rectitudine decertabat ita vt neq̄ doctores illorū blasphemiam suam nudare presumerēt. Quid autem flacitas et stephanus atq̄ leontius impietatis ⁊ iniusticie anthiochie gesserint opus proprie conscriptionis exquirit. Nos autem ad reliqua veniamus.

¶ Capitulū. xxxiij. B

Capitulum.xxxiii.

Germanicia ciuitas est in termino cilicie syrie et capadocie constituta. Huius vrbis ecclesie presidebat eudoxius. qui mortēte leontio abripuit āthiochie sedem: et cepit sua ferocitate vineam vastare dominicam. Neq3 iā celabat sicut leontius maliciam suam. sed apte apostolicis dogmatibus repugnabat: et orthodoxos multis cladibus affligebat. Eo tempore ācirane ecclesie post marcellum basilius presidebat. Eustachius vero sebastie armenie: qui iniquitatem eudoxij et rabiem cognoscentes: constātio in occidente posito litteris suis indicauerant. Erāt eni impatori noti: et propter claritatem vite eius fauore potiebant. Quod dum cognouisset constantius anthiocenis scripsit: quia non B ipse eudoxio ecclesie concesserit presulatum sicut ille vulgabat: ipsumq3 eudoxium expelli et penas gestorum suorum in nicea bithinie dare precepit: iubens ibi celebrari concilium. Ipse enim eudoxius egerat apud pōtes palacij vt in nicea synodus ageretur. Sed omnium presciusdeus cognoscens futura ac si iam fuerint gesta: quodam terremotu terribili prohibuit concilium celebrari. Plurimam nanq3 ciuitatis partem terremotus ille destruxit et multos habitantium interemit. Hoc agnoscentes qui conuenerant ad suas reuertuntur ecclesias. Arbitror enim hoc dei sapientia gestum: in illa nanq3 ciuitate aduersus arrium a sāctis patribus apostolice fidei doctrina prolata est. Et forte secunda congregatio potuit illic sentire contraria: vt arrianis accusatio co nomie preberetur: quo magis simpliciores capere possent tanq3 illam veterē synodum proferentes. Sed ecclesiarum protector citius soluit tale conciliū

¶ Sozomenus.

¶ In momento siquidem temporis ciuitate concussa: neq3 fugere potuerunt sed primo experimento periculi sunt perempti. Dicitur aūt ante- ¶ q3 fieret istam cladem quendam vrsatium militem preuidisse genere persam: qui sub licinio confessor effectus: relictaq3 militia in turre ciuitatis diuinam philosophiam exercebat. Cui superna visitatio aperte precepit exire de ciuitate passura que post paululum fierent manifesta. quo facto cum velocitate ad ecclesiam currens nunciauit ecclesiasticis vt domino supplicarent: qui eos ab imminenti periculo liberaret. Quibus cum videret esse ridiculū reuersus ad turrim pronus lacrimas cepit effundere. Interea terremotu superueniēte plurimi pierunt reliqui vero per agros et montana dispersi sunt. Vrsatius aūt in illa turre repertus ē mortuus: pron⁹ iacēs sicut solebat ora

re. Sermo tamen est quia ãteq̃ moreretur rogauerit deũ vt pri⁹ eius finiret vitã q̃ cladem inspiceret ciuitatis in qua prius xp̄m agnouerat et ecclesiasticã videbat participat⁹ esse philosophiã Is ei cõuersatiõe digna etiã demones effugabat. Quodã nanq̃ tempore dũ aliquis demonio vexaretur euaginato gladio cepit totam discurrere ciuitatẽ. Cunctisq̃ fugiẽtibus occurrens ei solus ⁊ nominãs xp̄m sermone mũdauit virum ⁊ fecit ab illo furore quiescere. Inter cui⁹ diuersa virtutum ornamenta etiam hoc me misse conueniret. Erat draco aũ nicomediam qui transeũtes suo flatu perimebat. Habebatq̃ cubile circa quãdam vallem. Quo veniens vrsatius orauit. Tum sponte egrediens ille serpens ac secundo caput percutiens interemptus est. Hi mihi retulerunt qui eumdem vrsatium viderunt

Socrates.

Capitulum. xxxiiij.

Nunc igitur de alia synodo quam velut ad instar ariminensis cõcilij ĩ oriente Constantius imperator fieri iusserat pauca narrabo. Egerat enim primitus vt ĩ nicea bithinie cõgregarent epi. Quorum cõuentũ ꝓhibuit maximus terremotus. Hoc ei contigit consulatu taciani et ceralis: octaua die mensis augusti. Tractabant ergo transponere synodum in vicinam nicee ciuitatem Quod cum displicuisset rursus volebant in tharso cilicie conuenire. Deinde placuit apud seleutiam isaurie que vocatur aspera celebrare concilium. Quod actũ est consulatu eusebij ⁊ ypacij. Fueruntq̃ qui conuenerunt numero centum sexaginta. Cum quibus aderat vnus in palatio clarus nomine leonas. Quo presente: questionem fidei proponendam imperatoris iubebat oraculum: simulq; preceptum fuerat adesse lauritium militem isaurie ducem vt in quo opus esset episcopis ministraret. Conuenerunt ergo vicesima septima die septẽbris mensis et sub gestorum confectione disputabant. Aderant etiã; exceptores vtriusq; partis verba signantes: que sub vno apud sabinum collecta reperiuntur. Nos autem capitula tum ista describimus. Prima siquidem die leonas iussit vt que viderentur vnicuiq; ꝓponerent. Porro qui presentes erant non prius dixerunt quanlibet mouẽdam esse questionem: nisi reliqui conuenirent. Erant enim absẽtes epi macedoni⁹ cõstantinopolitanus: basilius ancyre: ⁊ alij quidam accusari timentes. Et macedonius quidem languorem finxit; patrophilus oculorum dolorem ⁊ alij similes adinuenerũt occasiones absentie. Dumq̃ leonas etiam illis absentibus proponendam diceret questionem: rursus aie

bant episcopi nō aliter quicq̄ fi erinisi impetitorum vita discu= teretur. Accusati nanqȝ iā fue= rant. Cirillus hierosolimorum eustachius sebastie armenie: et alii quidam. Ob quam rem con tētio inter presentes exorta est. Alij nanqȝ dicebant vitas accu satorum discutiendas: alij vero ante fidem nichil esse querendū Mouebatqȝ questionem impe= ratoris diuersa sententia. Cui⁹ litteris nunc de fide prius agen dum: nunc de accusatorum con uersatione legebatur. Hec cau sa presentes ad scisma perduxit et in duas partes synodi multi= tudo diuisa est. Unius enim par tis dux erat acatius cesarie pa= lestine: georgius alexandrie: vr fatius tyri: eudoxi⁹ anthiochie quos alij trigita duo secuti sūt. In alia parte fuit georgius lao= dicie syrie: sofronius: pompeio poleos paflagonie: elusius sicir ci quos plurimi sequebantur. Cunqȝ placuisset vt prius de fi= de questio moueretur: hi quidē qui erant partis acatij nicenam fidem aperte negauerunt. Aliā q̄ fidem dictare nitebātur. Alte rius vero partis numero pluri= ores omnia quidē niceni cōcilij receperunt. De sermone cōsub= stantialitatis tantūmodo quere bātur. Multis igitur inter alter utros contentionibus vsq̄ ad vesperam generatis: nouissime siluanus tarsensis presul eccle= sie: voce magna clamauit dicēs nō oportere nouam dictari fidē sed dudum in anthiochia expo= sitā tēpore dedicationis debere seruari. Quo dicto sequaces sūt egressi Alteri⁹ vero partis pro tulerunt fidem anthiochie reci= tatam: quam relegēte solucrūt illa die cōciliū. Alia vero die cō uenientes in oratorium selentie ianuasqȝ claudentes relecte fi= dei subscripserunt. Subscribe= bant aūt etiā p̄ absētib⁹ pñtes le ctores atqȝ dyaconi p̄ quos ra= te se ferre hanc difinitionem ab sentes profitebantur. Acatius aūt ⁊ alij partis ei⁹ querebāt eo q̄ ecclesia clausa subscriberetur dicentes ea que occulte gerūtur improbitatis suspitione plenis= sima sunt. Hec aūt faciebāt vo= lentes aliam fidei explanationē Ipse q̄q̄ eam quam preparatā habens legit ibi quidem iudici= bus lauricio et leone studens ei robur acquirere. Hec ergo die secunda sunt gesta. Tertia vero die leonas rurs⁹ congregare p̄= tes festinabat epōꝝ. Quo die nec macedonius defuit constantino politanus nec basilius ancyre. Dūq̄ ābo ī vna parte cōuenissēt denuo q̄ circa acatiū occurrere noluerunt: dicētes oportere pri us de cōcilio eici eos qui pridē fuerāt condēnati ⁊ q̄ accusabāt in presēti Cūq̄ cōtentio cresceret egressis eis qui positi in accusa tione videbantur et qui circa a catiū sunt ingressi Tunc itaqȝ le onas ait libellū sibi datū ab eis

qui cum acatio erant/ celãs dogmatis esse dictationẽ. Et cũ psentes episcopi tacuissẽt aliud quid dam non expositionem fidei libellum continere iudicantes mox fidei acatij conscriptio cum prohemio hoc modo relecta est.

¶ Nos qui congregati sumus seleucia isaurie secundum imperatoris voluntatem hesterna die. v kal. octobris; omne studium habuimus cum disciplina ecclesiasticam seruare pacem ⁊ de fide cogitare constanter: sicuti precepit deo amabilis imperator noster Constantius secundũ ꝓpheticas euangelicasq; voces: et nihil preter scripturas superinducere ĩ ecclesiastica fide. Quia vero aliqui in concilio alios nostrum iniurijs affecerunt: alios loqui ꝓhibuerũt alios reclauserunt inuitos: et dãnatos secum ex diuersis ꝓuincijs habuerunt/ necnon ⁊ eos qui contra regulas ordinati sunt: ĩtroduxerunt secũ: ita vt vndiq; tumultu synod⁹ impleretur: sicuti ⁊ vir clarissim⁹ comes leonas ⁊ vir clarissimus dux prouincie lauricius inspexerunt. Propterea hec iter loquimur quoniam non declinamus expositam cum auctoritate fidem in anthiochena dedicatione ꝓferentes eam: licet patres nostri illo tempore ad subiectam cõcurrerint questionem: quã mltos turbauit consubstantialitatis nomen preterito tpe ⁊ vsq; ad pñs. Nunc vero quia dicitur ĩnouatũ ab aliquibus de dissimilitudine filij apud patrem: hac ergo gratia omousion et omoeusiõ. i. eiusdem substantie et similis substantie nomen adiicimus/ tanq̃ scripturarum extraneum anomoeon. i. dissimilitudinis verbũ anathematizamus. Et omnes huiusmodi existentes ab ecclesia alienos existimamus. Similem vero filium apud patrem aperte profitemur secundum apostolum dicentem de filio qui est ymago dei inuisibilis. Cõfitemur autem ⁊ credimus in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi et terre/ visibilium omnium et inuisibiliũ. Credimus autem et in vnum iesum christum filiũ eius ex eo natum impassibiliter ante oĩa secula/ deum verum ex deo vnigenitũ lumen: vitam: veritatem: sapientiam: voluntatem: per quem omnia facta sunt in celis ⁊ in terra siue visibilia siue inuisibilia. Hũc credimus in consummatione seculorum pro destructione peccati assumpsisse carnẽ ex sancta virgine maria: et hominem factum passũ pro peccatis nostris: ac resurrexisse ⁊ assumptum in celis sedere in dexteram patris: et iterũ venturũ in gloria iudicare viuos et mortuos. Credimus et in spiritum sanctũ quem paraclitum iũ est consolatorem nominauit saluator dñs nr̃ ꝓmittens postq̃ iret discipulis cum esse mittendum. quẽ et destinauit per quẽ et sanctificat credẽtes ĩ eccl'ia: ⁊ baptisatos ĩ noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ spũs sancti

Eos autem qui preter istam fidē aliud quicq predicant a catholica ecclesia decernimꝰ alienos existere. Hec est acatij de eius fide platio. cui subscripsit ꝛ ipse et cōsentientes ei numero quem paulo antea prediximus.

¶ Hac fide lecta sophronius pōpeiopoleos pafragōie hec verba clamauit. Si per singulos dies ꝓpriam edere licuerit fidem veritatis integritas non manebit. Hec quidem sophronius ait. Ego aūt dico quia si ab initio hec verba de nicena fide dixissent: qui āte eos et post illos fuerunt omnis potuit cessare contentio. Tunc ꝙ plurima inter alterutros ob hoc ꝛ ꝓpter eos qui fuerant accusati verba dicentes et audientes. Quarta vero die conuenientes omnes rursus mouebant cum contentione sermones. Inter quos acatius his verbis suam sententiam patefecit. Si semel nicena fides mutata est nihil prohibet etiam nunc aliam dictare fidem. Ad hec eleusius cizici hec verba respondit. Presens concilium celebratum est nō vt anathema discat: neqꝫ vt fidei explanationem suscipiat tanq non habens eam: sed possidens patrum fidem: hāc vsq ad vitam mortemq custodiet. His ergo verbis eleusius sententie occurrit acatij fidem patruꝫ vocans anthiochia declaratam. Cui recte quilibet poterit obuiare dicēs. Quomodo patres hos nominas o Eleusie dum illoꝝ nō recipis patres: hi nāq qui nicea conuenerunt concordantes ī cōsubstantialitatis verbo pro fide sancita proprie dicuntur patres eo ꝙ tempore precesserunt: ꝛ qui postea anthiochia conuenerunt ab illis sacerdotij iura susceperūt. Si autem hi qui anthiochia congregati sunt patres proprios negauerunt: consequenter istorum posteri patrum destructores secuti sunt. Quomodo ergo et quoꝝ illi fidem velut improbam respuerunt isti quasi probabilem susceperunt? Si autem illi non habuerunt spiritum sanctum qui ꝑ officium manus impositionis accipitur: neqꝫ isti sacerdotium perceperunt. Quomodo enim acciperent a non habentibus quod dabatur? Hec obicere ergo respōsa poterit quilibet eleusio.

¶ Cū hec itaqꝫ gererētur ad aliam venere questionem. Quod enim acatius in fide que lecta est similem dixit filium patri confulebant alterutros secūdum quid esset similis filius patri. Et q circa acatium erant dicebant secundum voluntatem solummodo nō secundum substātiam patri similem filium esse. Alij vero oēs etiā secundum substantiam declarabant. In hac ergo cōtentione tota manserunt die. Et acatium arguerunt qui in suis sermonibus quos cōscripsit similē ꝑ oīa patri filiū dixit. nunc aūt ſm substātiaꝫ similē denegauit. Quibus mūtu cōtēdētibus et ad nullā ꝯcordiā

venientibus surgens leonas concilium soluit. Et iste fuit terminus synodi selentia congregati. Altera namque die rogatus vt interesset noluit: dicens directus sum ad concordiam concilij: vobis dissentientibus adesse nõ possũ. Quo facto nec qui circa acatium ad synodum cõcurrere voluerũt. ¶ Altera vero pars in ecclesiam veniens acatium et qui erant cum eo vocauit: vt de cyrillo hierosolymorum epo haberet examinatio. Sciẽdum itaque quoniam cyrillus iam fuerat accusatus atque damnatus: quoniam sepe euocatus ad iudicium duobus annis iugiter declinauit: metuẽs accusantes. Condemnatus autẽ appellationis libellum condẽnatoribus destinauit: iudicium maius appellans: cui appellationi cõsensit etiam constãtius iperator. Hoc itaque solus et primus preter ecclesiasticam consuetudinem atque regulam Cyrillus fecit epus: vt sicut in publicis iudicijs libellis vteretur appellatorijs. Tunc ergo in selentia interfuit iudicandus. Et ob hoc episcopi acatium eiusque consentaneos euocabant vt de accusationibus agnoscẽtes decretum commune proferrent. Euocabant igitur etiam alios quosdam qui fuerãt accusati: et semet ipsos contulerant ad acatium. Quibus post crebram citationẽ nolentibus occurrere damnauerunt. Et acatium: georgium: alexandrinũ: vraniũ tyri: theodolum cherapenum phrygie: theodosium philadelphie: lidie euagriũ insule mitilene leontium: tripolis lydie eudoxium: qui primo quidem germanice fuit: postea vero anthiochie syrie inuasit epatum. Damnauerunt pariter et patrophilum quia et ipse a dorotheo presbytero accusatus euocatus noluit obedire. Hos itaque dãnauerũt. Excommunicauerunt autẽ asterium. eusebium. augarum. basilium. phebum. fidelem. euticium magnum. et eustachiũ sic eos manere decernentes: donec habita satisfactione accusationibus semet ipsos exuerunt. His actis dãnationem celebratam eorum parrochijs innotuerunt. Inque loco eudoxij anianum cõstituerunt episcopum. Quem comprehẽdẽtes qui circa acatium erant: leoni et lauritio tradiderunt: a quibus exilio destinatus. Quo facto episcopi qui ordinauerant anianum cõtestationem obtulerunt leone et lauritio contra acatium et consentaneos eius dicentes synodi iudicium fuisse violatum. Cumque nihil agerent constantinopolim fusi[?] fecti vti que gesta fuerant pandicentur imperatori.

¶ Sosomenus.

¶ Capitulum. xxv.

Tunc terminum habuit synodus in selentia constituta: Qui vero voluerit subtiliter vniuersa cognoscere exceptorum debet acta rel

Initio namque parcens xpianorum clementior visus est sciens priores persecutores nichil profuisse ad augmentum paganitatis quotquot punierint christianos qui magis hinc creuerint et facti sunt gloriosi pro vero dogmate morientes. Inuidiam ergo habens eorum glorie a tormentis abstinuit iudicans esse necessarium vt sermone potius et ammonitione ad paganitatem colendam populo suaderet: credens etiam hic se monstrare clementem.

¶ Capitulum .vi.

Dicitur enim quia dum constantinopoli apud fortunam sacrificaret: accessisset ad eum maris episcopus calcedonie: et publice impium et sine deo apostatamque vocitasset: illum vero solam ei improperasse cecitatem. Erat enim senex et imbecillitate oculorum manu alterius agebatur. Super hec volens etiam lacerare deum consuete dixit. Neque galileus deus tuus curare te potest. Respondens vero maris dixit Ego inquit deo meo pro cecitate gratias ago: quia hoc ideo est gestum ne te videam pietate nudatum. Imperator autem nihil respondens abscessit. Sic enim putabat potius roborari paganitatem: si se patientem ac mitem christiano populo demonstrasset.

¶ Capitulum .vii.

Hec itaque facies qui fuerant a constantio fugati pro religione reuocauit: et confiscatis patrimonia sua restituit: precipiens populo vt nullum lederent christianum neque nolentem sacrificare compellerent. sponte vero accedentes ad aras prius expiari apud demones: purgarique solitis eorum sacrificijs preparabat. Clericis autem omnia priuilegia honores consuetudinesque subtraxit: et leges positas pro eis soluit: ipsosque curie tradidit: simul et virgines atque viduas que pro penu-

ria inter clericos pascebantur iussit erigi ea que dudum a publico accepissent. Constantinus enim imperator disponens res ecclesiarum vnicuique ciuitati prospexit: vt clerus sufficientie molumenta perciperet: et hoc lege firmauit quod hactenus mortuo iuliano seruabat. Hanc ex actione aiunt nimis fuisse crudelem. Auferebat enim subinde pecunias et ornamenta sacra: templaque sub constantino et constantio fundata destruebantur. Date ad edificia pecunie rursus exigebantur Hac occasione sacerdotes et clerici et populus christianus crudeliter vexabatur.

Socrates. Capitulum. viii.

Per idem tempus in alexandrinorum maxima ciuitate contingit ex huiusmodi causa seditio Erat locus quidam in ciuitate antiquis temporibus desolatus atque neglectus: multaque sorde completus. hic pagani olim dee methre sacrificantes homines immolabant quem locum constantius quasi vacantem ecclesie alexandrine concesserat. Hic georgius volens oratorium fabricari repurgium faciebat. Quod dum fieret inuentum est illic aditum in multa profunditate constructum in quo paganorum misteria celebrabantur. Erant enim ibi caluarie hominum plurime: maiorum pariter et infantium quos perhibebantur illic extinctos: vt ex eorum visceribus artes magicas exercerent. Hec igitur christiani reperientes in adito methre studuerunt ad irrisionem paganorum vniuersis hec facinora reserare: diuulgabantque capita hominum quos compererant. Hec alexandrie pagani respicientes et opprobrium non ferentes: ira succensi sunt: et omne quod ad presens inuenerunt arma iudicantes: impetu contra christianos facto multos interemerunt Alios gladiis: alios fustibus aut lapidibus: alios funibus strangulantes: quosdam etiam crucifigentes ad facere crucis iniuriam plurimos diuersis vulneribus affligentes. Et ita gestum est vt neque proximis parcerent: sed philosophus philosophum percussit: et frater fratrem: pater parentes et filios inuicem in sua nece grassati sunt Quam obrem christiani eundem locum purgare quieuerunt. Capitulum. ix.

Interea cum iudices denunciasset mortuum fuisse constantium et imperare iulianum: seditionem fecit in alexandria populus paganorum: et impetu facto contra georgium vinculis eum alligauerunt. Quem post paululum venientes ad carcerem peremerunt: eiusque cadauer imponentes camelo a mane vsque ad vesperam per totam portauerunt ciuitatem: et circa sero concremauerunt. Multi ferunt arrianorum quod ab amatoribus athanasii

factū:sed ego reor indubitanter hoc fecisse gentiles:cum vtiq; et querelas haberent aduersus eū propter ydola et templorum iniurias:prohibitionem(que) solennitatum.quod etiam iulianus sic se habuisse testatur per litteras ad alexandrinos missas:in quibus culpat eos penam(que) relaxat quasi propter reuerentiam serapis quem ciuitatis conuersatorem dicit:et alexandri cōditoris eius: necnō iuliani sui auunculi in paganitate deuoti et christianos nimis odientis. ¶ Capi.x.

Dicitur enim q2 studium habuerit vt in thesauros iperatoreos plurima et p̄ciosa ecclesie āthiochene vasa reconderet, et q2 clausisset ecclesias et vniuersos clericos effugasset et solū tunc theodoricum stetisse pb̄rm. Quē dū tanq; vasorum custodem cōprehēsū crudeliter sauciasset:nouissime gladio p̄cepit occidi. Qui fortiter inter vniuersa tormenta respondit. Et pro dogmatis confessione deuicit. Cunq; vniuersa deo dicata vasa et pallia collegisset proiiciens hec in terra contumeliis et iniuriis vt voluit agēs christum:super ea etiam sedit:et cumulum auxit iniuriarū. Mox q; verenda eius et loca femorib⁹ circumposita feruntur esse percussa: et ad tantum peruenit vsq; ad putredinem vt vermes crearet: medicis laborantibus nec valentibus vincere passionem. Conficiebantur enī omni modo preciosaq; medicamina ex pinguibus volatilibus vt eorū crassitudine corrupta et putria membra linirentur. Hoc facto vermes ad superficiē prouocabant:quia in profundo ebullientes viuas serpebant carnes. Et donec moreretur non fuit ab hac passione securus. Hoc itaq; claruit diuina indignatione gestum dū etiā custodes imperialium thesaurorum et alii plurimi aduersus ecclesias insurgentes:inopinata et miseranda morte defuncti sunt quasi superna idignatione damnati. ¶ Capitulum.xi.

His dictis:tempus est vt memoriā faciamus eusebii et nectarii et zenonis fratrū christianorū contra quos odiū exercentes populi gazeorum domi celatos et comprehensos vinculisq; traditos atq; flagellatos postea conuenientes in theatrum aduers⁹ eos clamare ceperunt:quasi eorum templa destruxissent et in iniurias paganorum preterito tēpore multa gessissent. Cunq; alterutros vt vulgi moris ē excitarent:concurrentes ad carcerem et educentes eos crudeliter occiderunt nunc in terra pronos: nunc supinos trahentes atq; p̄cutiētes et vulnerantes lignis lapidib⁹ atq; fustib⁹. Audiui nāq; etiā mulieres egressas:et cū re-

dijs telarum eorum corpora vulnerasse: et cocos publicos: alios aquam alios feruentes ollas fudisse super eos: alios subulis eorū membra perforasse. Cumq; eos dilacerassent capitaq; fregissent ita vt cerebrum in terra iaceret: deduxerunt ante vrbē vbi solebant mortua iumenta proijcere. ibiq; eorum concremātes ossa que remanserant inter cadauera camelorum et asinorum p̄miscuerunt ne possent facile reperiri: quod non diu latuit. Quedam nanq; mulier christiana nō tamen de gaza diuino precepto per noctem colligens et in vrnā recondens zenoni eorum consobrino seruanda contradidit. Deus enim per visum mulieris reuelauit hunc virum: ei nanq; erat ignotus et nuper habita persecutione celabatur. Hoc ergo mō p̄ mulierē. reliquas eoꝝ accepit ꝛ iteri domi fuabat. Cūq; ta eiusdē ecclesie suscepisset episcopatū imperante theodosio fabricata basilica an ciuitatem: et altare fixo ossa martyrū collocauit iuxta cōfessorem nestorem. Qui dū ī vita sua cum istis suis proximis habitaret: cum martyribus comprehensus a populo vinculis eorum flagellisq; participatus est. Is enim dum traheretur habens pulcherrimum corpus ad miserationem persequentes adduxit. Quem ante portas semiuiuum morti tamen proximū proiecerunt. Hunc colligentes qdā zenoni detulerūt. Apud quē vū curar eē defūct⁹ ē. ¶ Cap. xii.

Nter hec autē dum hilarionē monachum gazei requirerēt fugit in siciliā vbi ligna de montibus colligens et in ciuitate vendens: transsibat quotidianam vitam. Cumq; eius illic virtus fuisset patefacta: per demones venit in dalmatias ibiq; virtute diuina plurima miracula faciebat: ita vt etiam mare quod quedam occupauerat loca: sua oratione repelleret. Sed etiam hinc rursus abscessit: q: vbi laudabatur habitare declinabat: demutando loca cunctis esse studebat incert⁹ atq; opinionem suam crebra migratione destruere. Nouissime vero dum nauigaret cyprum venit in pafum Inuitatusq; ab episcopo pafi dilexit locum et circa predium charypdi nuncupatum philophatus est. Quem vt martyr non esset fuga prohibuit.

Fugiebat enim q: preceptum diuinum est non expectare persecutores. Nam qui in persecutione comprehendūtur fortiter ferre iubentur. Gazei siquidem alexandrini coutra christianos talia gessisse noscuntur. Sed heliopolitani et arethusi siriā hītātes ad tātā venere crudelitatē sic illoꝝ tpoꝝ hoies explanaſt vt sacras virgines insolitas a populo videre publice nu[illegible] datas stare cogerēt ī theatro. Quas p̄

mitus irriserunt: postea totonderunt nouissime per medium sectas: porcos vt eas comederent prouocabant. Ut ergo reor heliopolitas ad crudelitatem sacrarum virginum res illa perduxit eo q paterna cõsuetudo qua fornicabantur eorum virgines antequam nuberent prohibita videret Constantinus enim destructo in ea ciuitate veneris templo: primus apud eos construxit ecclesiã et consuetas fornicationes lege prohibuit exerceri. Arethusij vero C marcum sue ciuitatis episcopum senem vita et conuersatione reuerendum: mirabili morte peremerunt. Hunc enim etiam prius habuerũt odiosum: eo qd Constantij temporibus vt paganos ad xpianitatem reduceret tẽplum eorum ornatissimũ precio sumo destruxerit. Cũqz iulianus imperasset motus in eũ est. et pcepit vt aut estimationem populi redderet aut eum rursus edificaret. Et dũ vtrumqz impossibile foret christiano similiter et sacerdoti primo fugiit secundum euangelicam legẽ. Postea vero cum multi propter eum periculis et necessitatibus subderentur: de fuga reuersus est: et sponte semetipsum populo quod vellent in eum exercere contradidit. Qui dum laudare philosophum debuissẽt credentes potius contemptorẽ irruẽtes i eum et per singulas plateas trahẽtes eius capillos et mẽbra dilacerabant viri simul et femie ita vt subtilibus restibus eius aures absciderent. Uerum infantes apud mgros positi deludebãt ei alapis ccdẽtes et graphijs sine aliqua parcitate pungentes Quem etiam in cunicula deposuere fetentia. Cunqz adhuc respiraret eũ ex melle et liquamine pungentes et in sportam mittẽtes appenderunt in aerem. Dicitur ergo q tunc vespis et apibus eum contigentibus: et carnes eius vescentibus dixerit arethusijs q: ipse quidem esset excelsus: illos vero videret in humili constitutos sed postea hoc etiam ipsos fore passuros. C Theodoricus.

Hoc igit agẽtes cogebant eũ vt templum reedificaret aut daret expensas. Quod dum non faceret: putantes pauperem vel medietatem petebant pecuniarum nouissime vel paucum aliquid exigebant. Quibus ait. Nec vnum obolum pro omnibus dabo. sic igitur superati ab eius se suspendere supplicijs

C Sosomenus.

C Sermo fertur quia tunc prefectus precipue paganus fuerit ammiratus marci constantiam et ad principem veniens quereretur dicens esse verecundum vt i vno sene tanta tormẽta committerentur et christianos dum talia paterentur fieri gloriosos: se vero magis esse opprobrio. Marcus ergo tali ẽst fine coronatus.

C Capitulũ decimumtercium.

EOdem tempore macedonius quoque theodolus et Athacianus friges martirij pignora consecuti sunt. Nam dum in mere ciuitate frigie templum aperuisset prouincie iudex: et longo tempore plenum ruderibus emundaret: ingredientes isti per noctem idola contriuerunt. Cumque propter hoc multi comprehenti ad supplicium ducerentur: isti semet ipsos innotuerunt. Quos dum iudex quasi habita satisfactione delictorum nollet occidere populis clamantibus vario tormentorum genere castigauit Nouissime vero in craticula superpositos ardere precepit. Cumque cremarentur assisque iam essent carnibus o amatie delectaris (sic enim vocabatur iudex) altera latera ignibus obicere ne dum comedere ceperis carnes semicrudas inuenias/ et isti ergo fortissimi certamine deuicerunt. Aiunt itaque busiris in Ancyra galacie clarissimam fortissimamque habuisse confessionem cum fuisset in heresi que vocatur eucratistarum.i.abstinentium. Hunc enim dum iudex comprehendisset quasi contra paganos insilientem torquere volebat in publico iussitque vt appenderetur in ligno Tunc busiris extensis eius manibus supra caput nudauit latera dicens opus non esse vt ministri appendentes eum deponentesque laborarent: cum esset ipse pronus ad penam quam vellet exercere: et latera sua tortoribus prepararet. miratusque eius promissionem iudex rei experimento magis obstupuit. Nam dum vngule ferree eius latera vehementius exararent: donec iudici placuisset sustinuit manus extensas et plagas cum alacritate suscepit. Post hec autem reductus in vincula quiescebat. Porro post paululum morte nunciata iuliani: vsque ad theodosij principatum vixit et in ecclesiam catholicam acta penitentia prioris hereseos conuersatus est.

¶ Capitulum decimumquartum.

IN illo siquidem tempore ferunt vitam finisse martyrio basilium ecclesie ancyrane presbiterum et eupsichium cesarien. capadocie dudum nuper vxore ducta adhuc quasi sponsus esse videretur. Eupsichius enim peremptus est propter fortune templum quod sicuti iam diximus diruptum fuerat et in commune cesarien. iram principis sunt experti: et alij quidem morte alij fuga mulctati sunt. Basilius autem studiosus vir circa dogma probatus dum vixit constantius restitit arrianis. Et propterea eudoxij decreto ab ordine est remotus ecclesiastico. Cum vero iulianus tenuisset imperium christianos publice commonebat vt proprium dogma seruarent: nec paganorum superstitione maculerentur: honoresque colla

tos a principe pro nihilo iudicarēt: temporales vtiq₃ et perpetue damnationis auctores. Propterea ergo in suspitione et odiis veniens paganorum quoniam publice sacrificantes inspiciens stabat et ingemiscens orabat atq₃ clamabat ne vllus christianorū huiusmodi errore teneretur obnoxius: comprehensus et traditus ꝓuincie iudici multa tormenta fortiter sustinens martyrio coronatus est. Hec ergo colligens sub vno retuli lic₃ diuersi anni vel dies eorum videantur esse martyrij

¶ Theodoricus.

Capitulum. xv.

Que enim ydolorum seductionibus subditi tempore illo [illegible] cōmiserunt: multa quidem sunt et ꝓprijs libris egentia. Sed ego ex multis pauca narrabo. In ascalonia siquidē et gaza virorū sacerdotio dignorū: et mulierū virginitatis conuersatione pollentium diuidentes vteros et ordeo cumulantes opposuerunt comestioni porcorum. In sebastia vero q̄ est eius[illegible] dem prouincie ciuitas: iohannis baptiste sepulchrū aperuerunt: ignīq₃ tradiderunt: ossa vero ac puluerem disperserunt. Porro scelus qd̄ in phenice cōmiserunt quis poterit vel dicere sine lachrimis vel audire? In heliopoli [illegible] enim que est circa libanū erat qdā dyaconꝰ noīe cyrillus. Is sperante ꝯstātio succēsus zelo diuino multa ydola que ibi adorabantur contriuit et igni cremauit Cuius actionis memores nec nominandi viri non solū peremerunt eum sed etiam secantes ventrem ex eius iecore comederunt. Qui tamen omnium inspectatorem non potuerunt effugere: sed dignas reddiderūt sua presumptione penas Quicunq₃ enim illo scelere participati sunt dentibus caruerunt et facti omnes elingues sunt. Nam et ipse ligue pariter defluxerunt consumpte putredine. Perdiderūt etiā visum et passionibus suis virtutem predicauerunt omnibus pietatis.

¶ Capitulū. xvij.

In emesa vero que est in eius confinio ciuitatis dyonisio gun[illegible]dini. i. muliebri ecclesiā que deo nuper fuerat edificata dedicauerunt et ad derisionē simulachrū illuc statuentes: androginum id est qd̄ virū monstrarēt ac feminā In dorostolo vero isigni trachie ciuitate emilianus inuictissimꝰ decertator a capitolino vniuerse trachie iudice igni traditus est. Porro marci arethusij episcopi gesta vel passio sofloceī contentione noscitur indigere vt digne actus illius tragedie ordine recitētur.

¶ Capitulū. xvij.

Innumera quoqꝫ alia oī terra ꝫ mari ab ipsis cōtra pios illo tempore sunt cōmissa. Tūc igitꝫ apertē deo odibilis imperator: cōtra pietatem ponebat leges ꝫ primum quidem interdixit galileorum filijs (sic eni saluatoris nostri cultores nominabat) poetarū et rhetorum atqꝫ philosophorū legere disciplinas. Proprijs inquit pennis secundū prouerbiū vulneramur. Ex nr̄is eni armati conscriptionibus cōtra nos bella suscipiunt. Post hanc aliā posuit legē precipiens galileos expelli militijs. ❡ Socrates

❡ Capitulū.xviij.

Igitur athanasium de fuga remeantē alexandrinorū populus libenter excepit Expulerūtqꝫ ecclesijs arrianos et athanasio scepta venerabilia tradiderūt. Uerum arriani i domibus ignobilibus se colligētes in loco georgij luctum habuerunt.

❡ Capitulū.xix.

Ea siquidē tempestate lucifer caralensis: et eusebius vercellēsis episcopi iperatoris iussiōe ab exilio reuocantur. Alterqꝫ eni vltra thebaidis terminos ab exilio remeantes: tractabant quēadmodum corruptam ecclesie regulam repararent. Placuit igitur vt lucifer quidem ad anthiochiam syrie perueniret: eusebius alexandriam vt vna cum athanasio facto concilio ecclesie dogmata repararent Lucifer tñ misit in locum suum dyaconū per quem professus est ratum se habiturū quod esset concilio ordinate constitutum Ipse autem venies antiochiam fluctuantem inuenit ecclesiam. erat enim inter se turba diuisa et non tantum hereses arriana q̄ erat sub euzoio diuidebat ecclesiam sꝫ etiam melecij sequaces studium habentes circa suum presulem a suis consortibus recesserunt. Tunc ergo lucifer ordinans eis paulinum epm rursus abscessit. Eusebius autē veniens alexandriam cum athanasio conciliū celebrauit.

❡ Capitulū.xx.

Conueneruntqꝫ ex diuersis ciuitatibus episcopi et de maximis necessarijsqꝫ rebus habuere tractatum Ubi etiam de sanctispiritus diuinitate tractātes eū i cōsubstātiali trinitate comprehenderunt Et verbum inhumanatū non solum carne sed etiā anima declararunt sicut olim viris ecclesiasticis cōplacuerat. Nō eni nouā religionem in ecclesiam introduxerunt: sed quomodo ab initio ecclesiastica traditio docuit xp̄ianos Sic ei oēs āntiqui ex hoc habitā hui⁹ disputationē i mōis ꝫ scripturā nobis probatissimam

reliquerunt. Nam hireneus et clemens ꝛ apolinarius hierapolites et serapio anthiochene presul ecclesie aiatum eum qui ihumanat⁹ est in suis sermonib⁹ sūt professi. Necnō per berillū epm filadelfie in arabia constitute facta synodus scribens ad eundē berillum hec ipsa contradidit. Sed etiam origenes vbiqꝫ in suis libris aiatum nominauit eū q̄ est inhumanat⁹: ꝓpter tamē nouus thomus eius in genesi hoc sacramentum congruēter exponit. vbi adam quidē christum euamvero ecclesiam latius explanauit. Horum itaqꝫ dictorum digni sunt testes sanctus pāphil⁹ et qui ex eo habebat cognomen eusebius. Ambo nanqꝫ et cōmuniter origenis vitam cōmendātes: et eius aduersarijs resistentes insignibusqꝫ libris satisfactionem pro eo componentes nō primum origenem ad hanc disputationem venisse dicunt: sed mysticam ecclesie interpretatum fuisse traditionem. At illi qui alexādriam cōuenerunt: non sine subtili inuestigatione questionem de substantia et subsistentia reliquerunt. Osius nanqꝫ cordube hispanie presul de quo iam sermo prelatus est premissus ab imperatore constantio vt flammā tūc ab arrio excitatam extingueret: etiam sabellij libie dogma destruxit de substantia ac subsistentia habitā questionem.

¶ Solomanus. ¶ Interea plurimi epi in alexandria cōgregati cū athanasio et eusebio nicem concilij cōstituta roborauerūt: et cōsubstātialē prī ac filio spiritū sctm̄ sūt ꝯfessi: trinitatēqꝫ nominauerunt. Et qm̄ de substātia ꝛ subsistentia q̄stio turbabat ecclīas: sapienter decretum est vt his noiminib⁹ ꝯtra sabellianos solosytamur ne noium īopia idem putetur esse subsistentia quod substātia.

¶ Socrates. ¶ Capitulū. xxi.

Ec quidem tūc synodus. nos aūt de substantia ꝛ subsistentia si q̄d nouimus absurdū nō est breuiter indicare. Igitur q̄ helladicā explanauere prudentiā: substātiā quidem diuerso mō diffiniuerunt. Subsistentie vero neqꝫ sermonē fecerūt vllū. Herineus āt grāmaticus in libro vbi verba per litterā colligit: etiam barbarū vocat hoc verbum: neqꝫ apud aliquos antiquoꝝ dictū ꝛ vel si alicubi sit inuentum nō hoc indicare quod nunc intelligitur. Nam apud sophoclem in phenica locum insidiarum significare subsistentiā meminit. Apud menandrum velut feces que ex vino colliguntur in dolio subsistentiam designare dicit. Sciendum tamē quia licet antiqui phliosophi hunc ſmonē reliq̄runt: tamē iuniores phelū pro substantia subsistentie ſmone sunt vsi. Substantie vero diffinitionē diuersis mōis explanauerūt. Si ḡ definitiōe substātia

circũscribit quod i deo q̄ nõ pot̄ cõphēdi. ppe hoc vti sermõe poterī mus. Uerū euagrius in monachico libro petulanter quidē et īconsiderate de deo disputandum esse prohibuit. Diffiniri vero diuinitatē modis oībus interdixit. Aut enim rerū cõpositarū esse diffinitiones. Is itaq3 sic ait. Omnis inquit propositio aut genus habet quod predicatur aut speciē aut differentiam: aut proprium: aut accidens aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta trinitate horum q̄ dicta sunt poterit comprehendi. Igitur qđ ineffabile est ratione taciturnitatis adoretur. Hec quidem euagrius. Nos autem licet facta digressiõe hec dixisse videamur tamen tanq̄ vtilem hystorie causā nos retulisse non penitet.

Pars libri athanasii de satisfactione fuge. Cap.xxii.

Uerum athanasius librū de satisfactione fuge olim a se cõscriptum tunc eis presentibus legit Cuius partes vtiles: et que psit hic interens totum librū multorum versuum querere et legere studiosos ammoneo. Ait enim. Ecce huiusmodi sunt presūptiones impiorum: hec agentes nec erubescentes. in quibus primū contra nos mala sunt machinati hactenus accusant quoniā manus eorum preparatas necibus declinare potuimus: et amarissime potius ingemiscunt quoniā nos penitus amputare nequiuerūt: et improperant timoris cām ignorantes quia dū hoc submurmurant/ in semetipsos magis retorquent culpam. Nam si fugere malum est: persequi multo deterius. Hic quidem ne moriatur absconditur: hic autē persequit̄ vt occidat. Et vt fugiatur quidē scriptum est. Qui autem querit occidere preuaricatur legem: et magis ipse fugiendi prebet occasionem. Si ergo fugam improperant persequentes: erubescāt potius semetipsos. Quiescant insidiari et quiescunt continuo fugientes. Sed a calliditate non desinunt sua: et comprehendere oī virtute festinant: sciētes q2 fuga persecutionem patientium: iudicium est maximum persequentium. Nullus enim mitē atq3 clementem fugit aliquando: s3 magis ferocem simul et callidum. Omnis enim qui gemebat et vexabatur a saul fugiebat et veniebat ad dauid. Sed isti ppterea eos qui absconsi sunt interimere student. ne eorum maliciā videātur arguere: qui etiam in hac pte cecātur. Nam quāto fuga manifestior est tanto āplius eoꝝ insidiis neces exiliaq3 commissa omnibus sunt aperta. Nam siue perimant: mors contra eos sēp exclamat: siue rursus exilia minentur vbiq3 ipsi contra se mali memoriam destinare noscūt. Et si q̄dē sanā haberet mentē: viderent

semetipsos in his esse ↄstrictos: seq; in conciliis suis offendere. Sed quoniam sapere perdiderūt propterea persecutiōe decipiūt. et querentes occidere suam non contemplantur impietatē. Nam si derogant eis qui fugiunt querentes occidere: quid faciant cū vident iacob fugientem esau fratrem suum: et moysem in madiā descendisse propter pharaonis timorem? Quomodo satisfaciēt fugienti dauid saul qui in domum misit vt interimeret eum dum absconsus esset in spelunca: et mutasset vultum suum donec declinaret ab abimelech? ob quā cām inimicorū euasit insidias. Quid dicant isti qui omnia proferunt petulanter videntes maximum helyā in oratione quidē mortuū suscitasse: et tamen absconsū propter achab ꝛ fugisse propter insidias hiezabel? Tunc etiam quesiti filij prophetarum celati sūt latentes in speluncis apud abdiā. Sed si hec tanꝙ vetera non legerunt: saltem memoriam habent euangeliorum. Nam et discipuli propter metum iudeorum recesserunt celātes semetipsos: ꝛ paulus in damasco a principe gētis quesitus de muro in sportam depositus est et manus querentis effugit. Hec igitur de sanctis viris scriptura dicente: quam putas excusationem sue petulantie poterunt inuenire. Siue ergo timorem improperent contra semetipsos vesani loquuntur siue contra voluntatem dei hoc dicāt fieri scripturarum diuinarum videntur penitus inexperti. Nam in lege preceptum fuit vt deputarentur etiam ciuitates ad fugā: quatenus hi qui querebātur ad mortē ꝗquomodo liberari possēt In nouissimo vero tempore seculorum veniens: ipsum quod moysi locutum est patris verbū rursus hoc dedit mandatum dicēs. Cum persecuti vos fuerint i hac ciuitate fugite ad aliam. Et post pauca dicit. Cum ergo videritis abhominationem desolationis ꝗ dicta est per danielē prophetam stantē in loco sancto qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montana. qui in tecto est non descendat tollere aliquid de domo sua: qui in agro non reuertatur tollere vestes suas. Hec etiam scientes sancti hmōi habuerunt conuersatiōis modū. Que enī nunc precepit dn̄s: hec etiā ante incarnatā sui presentiā in sanctis locutus est. Et hic est hoīm terminus ad persecutionē ducens vt quod deus iubet hoc faciant. Propterea et ipsū verbū propter nos humanatū cū quereretur sicuti nos ipse abscondi dignatum est: et iterum dū psecutionē pateretur fugiit et insidias declinauit. Dicebat enim cum sicuti famem ꝛ sitim etiam hoc pati et hoc modo ostendere semetipsum humanatū. Ab initio siquidem mox homo factus est: cum eēt paruulus ipse per angelū mā

dauit ioseph. Surgens sume puerũ et matrẽ eius et fuge in egyptum. Futurus est enĩ herodes querere animam pueri.

¶ Mortuo quoqꝫ herode videt propter archelaum filiũ eius in nazareth fugisse quãdo iam etiã deũ semetipsũ innotescebat: ⁊ manum aridam restituerat sanã: et pharisei quidem egredientes cõcuiũ fecerunt aduersus eũ vt eũ occiderent. Jesus autẽ sciens discessit inde. Nã et quando lazarũ suscitauit a mortuis: ab illa inqt die cogitauerunt vt occiderẽt eũ Jesus ergo iam nõ palã ambulabat inter iudeos: sed abijt inde ĩ regionem iuxta desertũ. Deinde saluatore dicente. Anteqꝫ abrahã fieret ego sum: iudei quidem tulerunt lapides vt mitterent super eũ. Jesus aũt absconsus est ⁊ exijt de templo. Et transiens per medium eorum ibat et ita discessit. Putas hec videntes / magis autẽ audientes cum non videant quomodo secundũ quod scriptũ est non debent igne cõburi / quoniã contraria his que dominus facit et docet cogitant et loquuntur? Nam qñ iohannes martyriũ sustinuit eiusqꝫ corpus sepeliere discipuli / audiens iesus discessit inde in nauem ad deserti locum seorsum. Dominus itaqꝫ hec faciens ita dicebat. Sed vtinam isti vel sic erubescere.t / et vsqꝫ ad homines suam petulantiam declararent / et non magis ac magis insanientes viderentur etiam ipsum arguere saluatorem contra eũ vtiqꝫ blasphemias meditantes. Sed neqꝫ vesanorum quilibꝫ eos poterit sustinere cũ arguantur nec euangelia ipsa nosse. Est enim occasio nostre discessionis et fuge rationabilis atqꝫ vera / quã in saluato.e quidẽ euangeliste positam memorarunt. Nos autẽ etiã in sanctis viris oportet talia cogitare. Nã ea que de saluatore humano modo conscripta sunt eadẽ cõmuniter humano generi deputantur. Que nostra sunt ille suscepit et passiones nostre infirmitatis ostẽdit. Quod iohannes ita conscripsit. Querebant ergo eũ tenere ⁊ nullus misit in eũ manus / quia nondũ venerat hora eius. Nã anteqꝫ hec veniret dicebat ipse matri / nondũ venit hora mea. Et eisqꝫ fratres eius appellabantur ait. Meũ tẽpus nondũ venit. Rursꝰ autẽ ipse passionis discipulis dicebat. Dormite iã et requiescite. Ecce enĩ appropinquabit hora ⁊ filius hoĩs tradetur in manꝰ peccatorũ. Sed neqꝫ anteqꝫ veniret tempus teneri se passus est: neqꝫ cũ venisset tẽpus absconsus est sꝫ etiã semetipsũ tradidit aduersarijs. Sic et beati martyres ĩ persecutionibus tẽporalibus custodiebant semetipsos / et dũ quererentur per latibula fugiebant. Cũ vero inuenirentur martyrio sẽ subdebant. Hec de athanasio retulisse sufficiat.

¶ Capitulũ.xxiiij.

Eusebius interea vercellensis episcopus repente postmodum ab alexandria venit ad anthiochiã. Et inueniens paulinum a lucifero consecratum: plebẽq3 diuisã/ melecijq3 sequaces missas faciẽtes seorsum valde commotus ẽ. quia facte ordinationi nõ vniuersi consenserant/ reprehenditq3 apud semetipsum quod gestum ẽ/ et pro reuerentia luciferi: habita taciturnitate discessit promittẽs in cõuentu episcoporum que gesta fuerant emendanda: habens tamen curam maximam eos vnire non potuit. ¶ Inter hec etiã melecius ab exilio remeauit inueniensq3 seorsum celebrare collectas socios suos presidebat eis: sed ecclesias quidem obtinebat Euzoius arrij dogmatis presul. Porro paulin⁹ vnam tantummodo paruam intra ciuitatem detinebat ecclesiam: ex qua eum Euzoius pro sui reuerentia non eiecit. Melecius autem extra ciuitatis portas solennia celebrabat. Tũc igitur hoc modo de anthiochia discessit eusebius: verum lucifer sentiens non suscipere eusebiũ eius ordinationem: hoc putauit iniuriosum ac vehementer irascebatur: et communicare declinabat eusebió. Sed etiam que synodo placuerant per contentionem reprobare nitebatur. Hec dum inter eos tristicie tempore gererentur: multos ab ecclia remouerunt et denuo altera luciferianorum heresis est exorta. Sed lucifer iram suam nequaq3 complere preualuit. Erat enim confessiõibus suis obstrictus/ dum per suum dyaconum promisisset ratum se habiturum quod fuisset a cõcilio diffinitum. Quapropter ipse quidem ecclesie tenens fidẽ sardineã ad proprium remeauit thronũ. Qui vero q̃ pri⁹ cũ eo ptristati fuerant: hactenus ab ecclia segregantur. Uerum eusebi⁹ ad instar optimi medici iter faciẽs per orientẽ infirmos fide recreabat imbuens atq3 docens predicationibus ecclesiasticis vniuersos. Hinc transiens venit illyricum: et inde rursus ytaliam peragrans hec ipsa pronũciabat.

¶ Capitulum. xxiiij.

Uerum hilari⁹ pictauiensis secunde aquitanie pontifex: recte fidei dogmata dudum preseminauerat tam ytalis q3 gallicanis episcopis quippe cum prim⁹ ab exilio remeasset: vterq3 ergo fortiter in fide laborauerunt. Sed hylarius tanq3 disertus suis libris satisfactionem de trinitatis consubstantialitate conscripsit. Quibus hoc sufficienter exposuit et vehementer arrianoꝝ dogma destruxit. Hec itaq3 post breue eorum exilij tempus celebrata noscuntur.

¶ Capitulum. xxv.

Ea siquidem tempestate macedonij sectatores:et elusij.eustachij atq; sofronij:omnes ab vno macedonio nuncupati sunt concilia q frequentia faciebant. Et conuocantes qui in seletia eos secuti fuerant.anathematizauerunt alterius partis epos id est consentientes acatio fideq ariminensis concilij respuentes ea magis que fuerant recitata seleciā et anthiochiā exposita firmauerunt. Qui dum requisiti fuissent ab aliquibus dicentib⁹: Uos qui nūc macedoni vocami si aliud sapit q̄ sectatores Acacij cur eoꝝ hactenus tanq̄ eadem sapiētiā estis communione participati Ita venenose responderunt Per sofronium pompeiapolios pafragoneum epm. Occidentales inquit in consubstantialitate lāguebāt Ecius autem per orientem secū duȝ substantiam dissimilitudinē predicabat et erāt vtraq; praua cum hū quidem inordinate diuisas substantias patris et filij cōsubstantialitatis nomine copularēt: Ille xpo a natura patris naturā filij aperte diuidere credēs semetipsū pie predicaret dissimilem esse patri filiū per substātiā Hijs ergo ita putātibus:media via nobis veritatem pietatis habere cōplacuit. Hoc itaq; modo querentibus satisfacere nitebāt

Sosomenus.

Capitulū.xxvi.

Igitur imperator audiens Athanasiuȝ in alexandrinoꝝ ecclesia constitutum licite populo predicare multosq; paganoꝝ ad xpianitatem fuisse couersos eum iussit exire de ciuitate. Qui si maneret dāna maxima eū sustinere precepit:occasionem criminis sumens inueniēs quia dum prioris principis tpe fuisset fuga multa tus non eius iussione episcopalē receperat sedem. Quaobrē secūdum imperatoris precepta se p̄parabat ad fugam. Uidens igit circa se xpianorū populum lacrimantē. Habetote inquit filioli fiduciā Nubes est et cito pertransiet. Hoc dicto valefecit Et diligentib⁹ amicis commēdauit ecclesiā atq; ab alexādria ciuitate discessit.

Capitulū.xxvii.

Praeterea cizicenis legatione fungentibus apud pricipem de proprijs rebus et paganorū restitutione templorum laudans eos propter sacrorū curā que postulauerant vniuersa cōcessit. Eleusium autem eius ciuitatis remouit episcopum veluti vastatorē templorum:et quia viduarū pabula sacrarum q; virginū monasteria constituerat:paganusq; suaserat vt paterna relinquentes ad christiana dogmata se conferrēt. Interdixit etiam christianis pegrinis:ne venirent ad cizicū credēs

nuta religionis causa excitarēt se ditiones cosq alij eius ciuitatis christiani fouerent et publicos simul opifices artificesq monete qui in duas diuisi partes princi= pum pceptiōe priscoꝝ cū vxorib⁹ atq liberis cizicū habitare sunt iussi. Hi enim singulis ānis cer= tam oblationem publico confere bant. Alij quidem militum cla= mides: alij vero pecunias nouas Cum igitur modis omnibus pla cuisset iuliano ritum constituere paganorum: vim quidem iferre atq tormēta populis sacrificare nolentibus fatuū iudicauit. Sed hoc tm̄modo precepit vt per sin= gulas ciuitates numerus eorū ꝯscriberet: quos tn̄ nequaq aut orare prohibuit. sciebat enim q non posset vlla necessitas suspen dere quod voluntas spontanea suggessisset. Porro clericos ⁊ ec clesiarum presules a ciuitatibus suspendere festinabat: studēs vt absentia paulatim solueretur ec= clesia: neq sacrorū ministri: nec qui docerent / vel qui misterijs p ticiparentur existerent ⁊ per hoc longo tēpore paterentur proprie religionis oblitionem.

¶ Capi. xxviij.

Bostrensib⁹ ita q publica voce precepit vt titum: tunc ciuitatis episcopū procul expellerēt. Cūq iussisset hoc clericisq minaret quasi ipsi facerent turbas in po= pulo. tunc titus libellum desti= nauit imperatori contestans cū ac dicens quia inimica iter se esset turba paganorū atq christiano rum: et eius suasione christiani magis a seditione quiescerent. Quo facto nisus est iperator ex huiusmodi verbis titi iimicitias populi concitare: scribēs bostrē sib⁹ quia titus eorū accusator fuis set dicendo suis monitis non sua volūtate populum a seditione ces sasse: eumq velut hostem popu= lo suadebat expellere. Non enim quod iustū erat aut legitimū iu= bebat agi: sed odio religiōis ver= bis quidem culpare: operib⁹ au= tem male perficere contendebat Quapropter per ciuitates ⁊ pro uincias christiani diffugiebant. Hui⁹ participes plurimi meoꝝ fuere progenitorum. Simul et au⁹ q de patre pagano natus ipe cū tota domo: et qui erant ex gn̄e alaphionis christiani primo fūt facti in bethelea vico gazensi ni= mium populoso: habentiq tem= pla antiqua edificiaq pulcherri ma et maxime pantheū i ciuitatis arce locatū: eminēs sup oēm vicū Quē locū arbitror ex vo ce syra et greca deoꝝ habitaculū nomia tum. fertur itaq his omnib⁹ fuis se xpianitatis auctorē hilarionē monachū. Cū enim demonio ve= xaret alafiō diuti⁹ pagani atq iu dei incātationib⁹ ⁊ lustratiōib⁹ apd̄ eū vsi: nichil illi pdesse potue runt. Verū hylariō solumō chri= sti nomē inuocās demōiū effuga= uit eūq i religiōē xpianā repēte

trāsposuit Floruit itaqȝ meꝰ auꝰ in exceptionibus et interpretati onibus scripturarū nostrarū qm erat ingeniosus sciaqȝ fulciꝰ ita vt etiā arithmetice artis esset expertꝰ. Ac propterea ascalonitis et gazēsibus ⁊ in circuitu xpianis valde gratissimus tanq̄ religioni necessarius et ad soluēdas dubitationes scripture diuine proficuus. Primi siquidem isti i eo loco ecclesias et monasteria construxerunt: casqȝ honestate atqȝ hospitalitate peregrinorum ⁊ adiacentium pariter ornauerūt: ex q̄ genere vsqȝ ad nos fuerunt viri optimi quos grandenos iuuecu lus ipse conspexi.

Capi.xxix.

Igitur imperator dudum studens paganitatē in omni sua ditione dilatari: grauit ferebat videns xpianos potius approbari et tēpla quidē erāt aperta: sacrificiaqȝ paganoꝝ per ciuitates secundum voluntatem illius procedebāt. Ipe aūt estuabat ne feruor eiꝰ xpianoꝝ abūdātia frustraretur et maxie pulsabat qꝛ multorū sacerdotū suorū xpianas audiebat vxores et filios atqȝ seruos Arbitratus aūt xpianitatis statū ex vita bōa ⁊ cōuersatiōe cōsistere: studuit vbiqȝ tēpla paganorū ꝯstructiōe ⁊ ordie xpiane religiōis ornare sedibꝰ atqȝ processionibus paganorūqȝ dogmatibꝰ atqȝ monitiōibꝰ lectores sue superstitiōis instituit ad istar clericorū vt ⁊ horas certas et dies ⁊ orationes solenniter obseruarent: p̄cipiens pariter hēc curam virorum atq̄ mulierum philosopharescientium: habitaculis pegrinorum et pauperū aliaq̄ prouidētia circa egenos exhibita: paganorum religionem componere ⁊ pietatis hēc nomē. Si quis autem sponte vł inuite peccaret secundum traditionem christianorū istituit: post pniam medio crem sustinere correctionē. Precipue vero zelatꝰ dicitur: notas litteraꝝ episcopaliū quibus solēt alterutris scribentes cōmendare peregrinos ⁊ vbi pficiscunł ⁊ a quibꝰ veniunt modis oibꝰ indicare: et solatia promereri tāquā noti ⁊ amici sint testimonio dire cti signaculi. Hec considerās festinabat vt pagani christianorū assuescerent officiis. Sȝ quoniā multis incredibile est cū studia christianorū sequi voluisse nō aliunde q̄ ex ipsius imperatoris sermonibus est probandū. Huiusmodi eni ariasio pontifici galacie scripta direxit. Paganorū ritus nondum agitur secundum intentionem nostrā: propter cultores eiꝰ in negligentia positos. Nā deoꝝ claritas magnitudo atq̄ sublimitas oī orone omiq̄ spe maior est. Sed propiciū sint nr̄is mentibꝰ dii: ppł negligētiā quā habemꝰ cū illorł pūidētia parꝰ uo tpe tāta mutatio fctā sit: q̄tā neqȝ orare: p̄mitus q̄cunqȝ pre

sumpserat. Cur ergo credimus hoc posse sufficere? neque respicimus quemadmodum superstitionem christianorum auxit cura peregrinorum et circa sepulturas et mortuos multa solatia: honesta que conuersationis studia: non vera sed ficta: quas res arbitror apud nos debere sub veritate geri. Non itaque satis est te talem esse: sed omnes absolute circa galaciam sacerdotes. Quos aut deprecare aut ratione flecte, aut certe festinanter a sacerdotali ministerio remoue: nisi diis cum coniugibus et filiis atque seruis colla submiserint: non ferentes vlterius eorum seruos aut filios hoc facere contemnentes: aut galileos impie contra deos agentes et impietates pietatibus preponentes. Deinde cunctos ammoue vt sacerdos neque ad spectacula procedat: neque in tabernas bibat: aut cuilibet arti operibusque turpibus aut impudentibus presit. Qui obediunt honorentur. Inobedientes expelle. xenodoxia constitue per singulas ciuitates: vt nostra peregrini clementia perfruantur non tantum nostri sed etiam extranei pecuniis indigentes. Et vt habeas vnde fiat Interim decreui singulis annis triginta milia modios tritici per vniuersam dari galaciam et sexaginta milia vini sextarios. Horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi. Reliqua peregrinis: indigentibusque distribui. Turpe namque est vt iudeos quidem non abiiciant: sed potius nutriant impii galilei et suos pariter necnon etiam nostros: nostri vero nostrorum solatio deserantur. Quapropter doce etiam collationes facere paganos ad talia ministeria, paganorumque vicos offerre diis primitias frugum: eosque huiusmodi beneficii institue: docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat introducens Eumenum talia facientem. Nos ergo neque bona nostrorum imitamur: sed aliis remittimus negligentia non confusi: magis autem deorum reuerentiam respuentes. Si igitur hec te facientem ego cognouero leticia plenus ero. Presides prouinciarum rarius domi suscipe: frequenter eis scripta transmitte. Ingredientibus eis ciuitatem sacerdotum nullus occurrat. Cumque ad templa venerint deorum intra ianuas eos nemo precedat militum forte aut precedentium officiorum: sed quod voluerit subsequatur. Cum ad ipsum limen templi peruenerit priuatus existat. Tu enim sicuti nosti intus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio videtur exigere. Obedientes igitur pro veritate pii sunt. Reluctantes vaneglorie comprobantur. Quid enim patiatur aut quod mereatur auxilium qui matrem deorum propiciam habere noluerit? Qui ergo eam neglexerint non solum sine quere-

la erunt:sed etiã nostre indigna tionis impetum sustinebũt. Ne= q3 enim fas ẽ vt illi parcatur qui deos habuerit inimicos. Suade siquidẽ eis vt si mea volunt frui tuitione omnes matri deorũ stu deant offerre culturam.

Capitulum.xxx.

Fecit itaq3 faciẽs imperator ad destructio= nem christianorum ne= q3 suadere subiectis preualuit et aperte vim referre palã erubuit Inter hec vt ad paganitatẽ mili tes insuescerent:studuit ad pris= cum scema reformare signum il lud sublimius romanorũ: quod constãtinus sicuti predictum est in crucis formam mutauerat ve rum in publicis ymaginibus de pingebat iouem quasi de celo si= bi coronam et purpuram deferẽ tem. Mercurium et martem in se respiciẽtes:velut pro testimo= nio sapiẽtis et fortis. Et hoc age bat in ymaginibus vt sub occa= siõe imperij latenter adorarent dij:et hoc mõ subiecti clãculo fal lerentur. Arbitrabatur enim qr si hoc sponte eis iponeret postea q̃ vellet ipleret. Si vero respuẽ tes agnosceret venia sublata tor qrẽt tãq3 circa romanorum solẽ= nia reluctantes: et in republica atq3 ipso imperio delinquentes. Pauci siquidem etiã penis sub diti cognouerunt dolum:quia si cut moris erat adorare nolue= rant. Turba vero vt assolet per ignorantiam simpliciter ymagi nes adorabant. Quod tamẽ im peratori nil profuit. Cunq3 mul ta excogitaret quibus paganorũ ritus extolleret inuenit modum qui pluribus militibus christia nis clare virtutis coronã dedit. Cum venisset itaq3 tempus quo imperialia milites solent dona percipere:hoc enim agitur ple= rumq3 die kalẽdarum ianuaria= rum:et natale principum: et vr= bium regiarum exquisiuit qua= tinus eos simpliciter et ex prisca consuetudine fallere potuisset. Iussitq3 vt vnusquisq3 ad manũ imperatoris accedentium am= monitus officijs primo incensũ offerret. Erat enim ante eum po situm thus et ara secundum an= tiquam romanorum solennita= tem. Tunc quidem alij quidem licenter suam fortitudinem ostẽ derunt : et neq3 incensum offer= re neq3 donum accipere ab im= peratore sunt passi. Alij vero oc casione legis et antiquitatis ne= q3 mente perceperũt quod com= misere peccatum. Verum alij ꝓ pter lucrũ capti aut timore tur= bati:seu iussione repentina con= clusi:licet intellexerint tamẽ pa= ganitatem declinare nequiue= runt. Plurimi siquidem per i= gnorantiam decepti vt inter ci= bos vt assolet et pocula inuoca= rent inter alterutros christum: respondens quidam dixit. Quid patimini inuocantes christum quem ãte paululum denegastis

dum donum ab imperatore percipientes thus in igne mitteretis? Cumque hoc milites audissent et quod gesserat agnouissent: statim exilientes publice currebant: atque impetu facto clamabant deumque suum: et cunctis hominibus testabantur se esse christianos et in eo nomine permanere: atque per ignorantiam se fecisse et si dici posset solam manum paganam esse: conscientiam vero nihil simul egisse. Cumque venissent ad principem proiecerunt aurum quod acceperant et forti voce poscebant vt reciperet quod dedisset et illos occideret. Se enim penitentiam agere fatebantur eo quod iuuide eorum dextera peccasset: et studere propter christum totum corpus pene contradere. B

¶ Theodoricus. ¶ Hec igitur furorem mouerunt imperatoris. Et primo quidem eorum capita iussit auferri. Cumque deducerentur ad mortem sequente populo miratique virtutem eorum proprietate susceptam: venerunt ad locum quo rei puniri solent. Tunc spiculatorem rogauit senior omnium vt ante omnes caput cuiusdam nomine romani adhuc adolescentis abscideret: ne dum alios respiceret frangeretur. Cumque ille genua fixisset in terra et gladium spiculator euaginasset: venit repente nuncius clamore prohibens necem. Porro iuuenculus ille aut occisione priuatus. Non fuit romanus dignus vt christi martyr appellaretur: et licet sanguinem malignus imperator fundi prohibuisset ductus inuidia veruntamen non eos in ciuitatibus habitare permisit: sed ad vltima romanorum loca exilio destinauit.

¶ Sosomenus ¶ Postea vero precepit vt qui sacrificare noluerit in palacio non intrarent: et neque collegio neque foro eos neque arbitrio: neque vlla dignitate: nec qualibet administratione participare iussit. ¶ Theodo. ¶ Cap. xxxi.

Cum igitur iulianus apud pythyus dafneum peteret responsa de parthici belli victoria: et ille vicinitatem corporis babile martyris accusaret iussit eius corpus auferri. Ob quam rem cum christiani festiuitatem deducto corpore psallentes agerent et indignatione principis quidam theodorus iuuenculus multa passionum tormenta pertulisset: Hoc ita gesto fallax demon martyris quidem gloriam auxit suum vero mendacium clarius enudauit. Fulmen namque celitus missum omne templum accendit ipsum phiticique appollinis simulachrum redegit in puluerem. Erat enim ligneum et extrinsecus deauratum. Quod noctanter prefectus orientis tunc nomine iulianus iuliani ciuis agnoscens: festinans venit ad dafnen volens referre deo sua solatia. Uidensque eum redactum in cinerem choros verberibus ex

fligebat: credens hoc ab aliquo christiano fuisse commissū. Qui licet torquerentur tamen mentiri noluerunt clamantes incēdiū non deorsum sed de sursū habuisse principium. Ad hec etiam rustici vicinorum venientes locorum dixerunt se vidisse fulmen, celitus fuisse delatū. Capitulū.xxxii.

Interea iubentur vasa ecclesiarū sacra fisci erario deputari. Sublatis christianis ecclesie maioris fit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediēte siquidem iuliano prefecto oriētis ecclesiā felix prepositus regaliū thesaurorum pariter introiuit et simul helpidius comes rerum priuatarum. Aiunt enim et felicem et helpidiū primitus christianos tūc a pietate recessisse: impio principi parere cupientes. Julianus itaqz prefectus impudenter contra sacrum altare mixit. Quem dum euzoius prohibere tētaret: eum ille percussit in capite. Fertur autē dixisse quia religio christiana esset diuina sollicitudine desolata. Porro felix videns vasorum ornamenta que constantinus et constancius frequenter obtulerant. Ecce in quibus inquit vasis marie filio ministratur. Sed pro his impietatibus vesanisqz presūptionibus non post multū penas exacti sunt. Nā repēte iulianus seua infirmitate detētus visceribus putrefactis interiit. Et fimum non per meatus digestibiles emittebat: sed scelestum os quod blasphemiis ministrauerat organū hoc egestionis est factū. Aiunt eni eius vxorē fide fuisse clarissimā eamqz dixisse. Decet te marite laudare saluatorem christum quoniā tibi per hanc correctionē magnitudinē propriē virtutis ostendit. Non eni agnoueras contra quē dimicare voluisti: nisi cōsueta lōganimitate hec tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo verbis et passionibus imminentibus causam languoris agnoscens rogabat imperatorē vt ecclesia quibus fuerat sublata redderetur. Sed nec illū flexit et ipse terminū vite sue cepit. Porro felix et ipse repēte flagellum virtute diuina suscipiens sanguine tota die simul et nocte ex ore fusoret venis corporis vndiqz vacuatis omniqz virtute simul expensa et ipse celeriter e extinctus eterneqz morti contraditus. Capitulū.xxxiii.

His ita gestis adolescens quidā sacerdotis filius in paganitate nutritus: ea tēpestate ad xpianorū trāslatus ē chorū. Erat ei tūc q̄dā insignis reuerētie mulier et dyaconisse honore fulgebat. Hec cum huius mre habuit amicicias q̄ sepius dū eius mr ad eā veniret i hūc infantē amplectebatur et ad cultum xpiani nois inuitabat. Porro matre defuncta veniebat adolo

lescens ad eā: ꝛ doctrina consue-ta fruebat. Cūq; firmissime eius consilium percepisset: requisiuit doctricem quo possit argumēto ꝛ patris supstitionem declinare et predicationē veritatis adipisci. Que dixit vt patrē fugeret et creatorem suum atq; illius potius sequeretur atq; ad aliam iret vrbem in qua latenter imperatoris impii manus effugeret: ipsā se eius curam habere ꝓmittēs. Ad quā adolescens. Reuertar inq̄t postea et animā meā tibi contradā. Cū vero pauci transissent dies iulian⁹ venit ad dafnen: celebratur⁹ publica sacrificia. Cū quo etiam hui⁹ pr̄. Erat enim sacerdos et sequi consuetus imperatorem. Cū quo erat ꝛ iste puer eiusq; frater habentes officium vt cibos imperatori apponerēt. Solebant eni septem diebus in dafne festa celebrari. Prima ergo dem die cum staret iste ante imperatoris accubitū: ꝛ epulas solenniter aspersisset: repletus horrore cum celeritate anthiochenam venit ad ciuitatē ad illā mirandā mulierē. Quo facto. ego inquit veni nequaq; tibi de ꝓmissiōe mētitus. Tu vero vtriusq; saluti consulēs ꝓmissa cōple. At illa repente surgens apud dei virū meleciū ꝑduxit adolescentem verū ille in supiori habitacl'o interim eū habitare ꝑcepit. Pater interea filium requirens ꝛ dafnim circuibat oēm. Et ad vrbem veniēs plateas cūctas ꝑābulabat et vicos oculis vbiq; currentib⁹ ꝛ eum inuestigari desiderantib⁹. Cumq; peruenisset ad locum vbi habitaculum sanctus melecius habebat / suspiciens vidit illum de fenestra respicientem. Et currens traxit ac deposuit: atq; ad domū vsq; perduxit. Primūq; eum multis flagellis afficiens deinde calefaciens obolos / manibus ac pedibus et dorso eius imposuit. Post hec vinctū i cubiculo clausis ianuis dereliquit et ita perrexit ad dafnen. Hec ego a viro iā sene cum narraret audiui. Qui etiam hec adiecit: qm̄ spiritu diuino gratiaq; completus contriuit omnia patris idola et eorum infirmitati cepit irrogare blasphemias. Quo facto mente percipiens qđ egisset formidauit p̄sentiam patris: rogauitq; dominum christum vt ei ferret auxilium: claustraq; confringeret ꝛ ianuas aperiret. Propter te inquit talia domine pertuli et hec agere non expaui. Cum hec inquam dixisset ceciderūt repēte claustra: aperteq; sunt ianue. At ille rursus ad magistrā venit. que continuo eum induens schemate mulieris: et in tecto residere constituens post paululum obtulit rursus sancto melecio. Qui eū epo cyrillo hierosolimitano contradidit: ꝛ ita venerūt noctāter i palestinā. Uerum post iuliani mortem etiam patrē iste duxit ad veritatem christianam: qđ iter quoq; alia nobis exposuit.

¶ Capitulum.xxxiiij.

Interea iulianus contra fidei pietatem impudētius armabatur: et vultu quidem se simulat mitem: porro laqueos instruebat quibus deciperet innocentes. Et primū quidē fōtes vrbis aque dafneos sacrificijs violauit: vt vnusquisq3 aquam bibentiū eius horrore portiretur. Cūq3 etiam in publico venales cibos illo scelere compleuisset: aspergebantur enim ex eis: et panes et carnes et poma simul et olera et cuncta que comeduntur. Hec vidētes qui nomē salutare perceperant ingemiscebant quidem atq3 mugiebant vidētes abhominationem tātā. Verūtamē comedebant legi obediētes apostoli. Omnia inquit que ī macello venduntur comedite: nihil iudicātes ppt̄ ɔsciam. ¶ Vero B duo quidem militia clari: erāt enim scutarij pn̄cipis in quodam ɔuiuio hoc horrore feruēti⁹ sūt accēsi: atq3 mirabilium adultorum ī babilone splendentiū sermonib⁹ vsi sūt dicētes. Tradidisti ei nos regi iniq̄ q̄ recessit a te vltra oēs gētes q̄ sunt in terra. Hec qdā cōuiuarū nūciauit ipatori: q̄ repēte illos ad se fortissimos viros adducēs req̄rebat q̄d locuti fuissent. At illi occasionē fiducie īterrogatione sumētes ipatoris: laudabilemq3 sui firmātes zelum: dixerunt hec pietatis more nutriti. O princeps laudādis hactenus legibus seruientes quas constantinus et eius filij posuerunt: ingemiscimus nūc abhominatione omnia vidētes esse cōpleta: et nefādis sacrificijs cibos potusq3 violari. Hec et domi defleuimus et te presente nihilominus eiulamus. Hoc eni ī tuo displicet nobis iperio Hec audiens ille mitis atq3 philosophus asius similibus nominatū mansuetudinis quidem exibuit vultum et impietatis faciem ꝓtinus euidauit precipiens amarissimas eis plagas īferri. Quos etiam luce priuauit Magis autē vtverius est illius temporis īfelicitate liberauit: victricesq3 eis coronas prouidit offerri. Figebat enim se in eis quasi causā defendere imperialis iniurie: et hec diuulgari iussit inuidens decertatoribus veritatis in appellatiōe martyrū parilē et honoris. Nomina fuerūt horū iuentius et maximin⁹. quos āthiochēa ciuitas tanq̄ pietatis ꝓpugnatores venerata: precioso monumento recondidit et vsq3 ad diem hunc festis annalibus honorātur. Sed et plurimi nobilium et dignitate fulgentium: vtentes tali fiducia coronas equales sunt adepti.

¶ Capitulū.xxxv.

Valentinianus etiam qui post paululū sumpsit imperium: tūc millenarius erat circa palatia cō

stitutus dux lancceariorū. Is ze-
lum quē pro pietate habuit non
celauit. Eo nāqȝ tpe cū fulminā-
dus ille fortune templū ingrede-
retur in choro: et ex vtraqȝ par-
te ianuarū astarent ministri tem
pli: qui aspersione sicut ipsi dice-
bant purgarent ingrediētes: va
lentianus precedens principem
aspersionis guttā suā vidit ī cla-
midē. Et indignatus pugno per
cussit templi ministrū dicens se
maculatū potius ꝙ purgatum.
Quod respiciens imperator ius
sit eum in custodiam tunc redigi
et ad heremum destinari. Sed il
le cū annus et pauci transissent
mēses: pro mercede confessionis
recepit imperiū. Non solum eni
in illa vita diligentes se deus ho-
norat: sed aliquando etiā in pre-
senti bonoꝝ operum retributio-
nes impendit: et presentibus pre
missis illic sperata confirmat.

Theodoricus.
Capitulum. xxxvi.

ARthemium vero qui temporibus cō
stancii dux fuit egypti:
quoniam illius tempore ydola
multa confregerat non solum fa
cultate nudum reddidit sed etiaȝ
capitis sectione mulctauit. Hec
et huiusmodi gessit ille mansue-
tus ab iracundia remotus sicut
ab impiis vocabatur.
Adiiciam super -B hec etiā
miraculū femine: que zelo diuino
huius contempsit impietatem.
Publica queda fuit illo tempore
nominatissima et preciosis virtutibus
exornata. Hec cū nuptiale iugū
ad tempus paululū suscepisset:
fructū dignissimū obtulit creato
ri. Johanes eni anthiochia pres
byter multo tpe cōstitut⁹ et sepe
apl'ici p'sidatus decreta refugies
de fra illi⁹ feie mirabil' germina
uit. Hec habēs apd se choꝝ quer
satiōe dignā ꝟginitaté seruātiū
sēper cū eis laudabat factorem
saluatorēqȝ deū. Trāseunte vero
īperatore clari⁹ in cōmune psal-
lebāt: cōtēptibilem et deridendā
iudicantes erroneū illaqȝ maxie
cātica resonantes: q ydoloꝝ vi-
dentur pōpare debilitatē. Dice-
bantqȝ cum dauid. Siīachra gē-
tiū argētū et auꝝ opa manuū ho
minum. Et iterū. Similes illis fi
ant qui faciūt ea ⁊ oēs qui confi-
dunt in eis. Hec audiēs iulian⁹
et vehementer accensus: eas cū
transiret tacere precepit. Que e-
ius legem paruipendētes choꝝ
maiori ordine compleuerunt.
Rursusqȝ illo transeunte psalle-
bat. Exurgat deus ⁊ dissipentur
inimici eius. Tunc ille seuiens
magistram chori precepit addu-
ci. Quam cum videret senectute
maceratā nec corporis caniciem
miserat⁹ est: nec ai studuit hono
rare virtutem sed quibusdā spa-
tariorum iussit vt eam alapis ce
derent. Que veluti summū hono-
rem contumelias illas excipiēs
domi reuersa est eumqȝ cōsuetis

melodijs spiritalib⁹ denotabat. Sicut conscriptor illius cantici malignuȝ spiritum effugauerat a saul. Nam et iulianus erroneus demones sibimet applicans. contra donum pietatis insaniebat. ¶ Sosomenus.

¶ Capitulum.xxxvij. A

Contristabat igitur eũ non mediocriter Appolinaris syrus omni scia nimis instructus: similr̄ q̄ basilius: et gregorius capadoces illi⁹ tēporis rhetores xp̄iani aliiq̄ plurimi eloquentes viri. Quorum alij quidem zelati sunt veram gloriam: alij arriane heresis habuere vesaniã. Quãobrem arbitratus hic armari christianos: prohibuit eos grecorũ doctrinis imbui: et eorum lectionibus erudiri. Tunc appolinaris cum esset doctus et simul ingeniosus: pro homeri poemate versibus heroicis hebraicã conscripsit antiquitatem vsq̄ ad imperium saul: et viginti quattuor libris opus omne diuisit. vnicuiq̄ libro nomen littere ponens: secundũ homericam lectionem. Fecit aũt ꝛ aliud opus secundũ menãdri fabulas: comedie similitudine cōparatas: imitat⁹ etiã euripidis tragedias: et liram pindari: ꝛ absolute dicendũ ex diuinis scripturis argumenta sumens: omnes encicidias lectiones tēpore paruo composuit: numero virtute moribus conscriptiõe/caractere et dispositione grecorũ vsq̄ de pares. Et nisi quia vetustatē homines honorabant ꝛ que sunt in vsu grata credebant: nã vt ego reor equa veterib⁹ appollinaris opuscula decreuissent. Fecit etiã non ignobilem ad ipsum imperatorē siue contra paganos philosophos librũ. Cui titulũ posuit ꝓ veritate. in quo de sacris testimonijs tacens: probauit illos quidē fuisse deceptos se aũt sapere vera de deo. Hec autē considerans imperator cla[illegible]ris tunc episcopis scripsit. Legi et reprehendi. Cui et rescripserũt. et si legisti: sȝ nõ agnouisti. Si eñ cognouisses nequaq̄ reprehēdisses. Quidã dicũt hãc ep̄lam p̄sules eccl'ie capadocene fuisse basilij qđ incredibile nõ est. Siue aũt eius siue sit alterius iustũ est virtutis laudare doctrinam. ¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxxviij.

Plurimi siquidē nõ recta mente xp̄ianũ habentes nomē quippe pecunias ꝛ honorem presentem felicitati vere fidei preponentes ad sacrificiorꝫ scelera descēdert. Quorꝫ vn⁹ fuit sophista constãtinopolitan⁹ ethiobol⁹. Iseni moresi̇ pratorꝫ seqns: sub ꝯstantio q̄dēȝ feruētissimũ se finxit xp̄ianũ: sub iuliano paganus celeriter ē effectus. Et rursus post iulianũ volebat esse christianus. Pro sternens etenim semetipsũ ãn ianuas eccl'ie ꝑnũ magna voce cla

mabat. Conculcate me sal insulsatum. ¶ Capitulum. xxxix.

Igitur cum iulian⁹ iret ad persas volens in eis vlcisci eo q sub constantio romanorum terminos inuasissent: et sciens quoniam in preliis eueniunt frequenter aduersa: et quia plurimis pecuniis indigeret adiuenit modū vt auferret pecunias christianorum. Nolentibus ergo sacrificare pecuniam multam imposuit. exigebanturq; vere christiani. Singuli nanq; eorum fm substantiam offerebant et imperator ex iniusta collectione iniuste factus ydoneus est Ubi enim non erat hanc dirigebat legem: vbi erat vtebatur ipse. Tunc ergo pagani christianos grauiter oppresserunt: interdum etiam tormentis corporalibus affligebant eos. Quod imperator audiens xpianis quippe adeuntibus eum: defendere contenebat dicens. Uestrum est vt patientes mala sustineatis: hoc eni est preceptū vestri dei. ¶ Sosomen⁹. ¶ Capi. xl.

Igitur imperator pugnaturus contra persas venit in anthiochiam. Cumq; pp̄ls quereret quod venalia quidē abundaret: sz car⁹ venderentur volens magnitudinē sue largitatis ondere minora q̄ debuit precia in foro rerum venalium deputauit. Et cum fugissent tabernarii negociatoresq; diuersarum rerum necessarie defecerunt. Anthiocheni vero grauiter hoc ferentes cōtumelias fecerunt imperatori.

¶ Socrates. ¶ Querebant enim aduersus eum facetias de eius barba proferentes: erat eni eius barba valde prolixa. Dicebāt ergo Tundatur vt ad funes eius proficiat barba. Et quoniam superstitionis eius causa taurum ydolis frequentius imolabat / aram vel taurū in solido suo formari precepit. Ob quā rem lacerātes eū dicebāt. Iste taurus euertet mūdum. His iniuriis prouocatus ad iracundiā: iterminatus est se anthiochiam affligere ciuitatem. Quāobrē ad tharsum cilicie reuertivolens iussit necessaria preparari. Ex qua intentione eū sophista liban⁹ reuocauit: scribēs pro anthiochenis intercessionis librum: et rursus ad āthiochenos de principis iracundia: quos tñ libros non edidit. Uerum imperator respuens se operibus vindicare: reciprocis iniuriis irā sue indignationis ammouit. Librū ei aduersus anthiochenos fecit lepidum et satis vrbanum quē anthiochum nominauit. Uerū contra xpianos multa mala etiam in ea ciuitate commisit.

¶ Sosomenus.
¶ Capitulum. xli.

Illud quoq; quod sub iuliano prouenit narrare non sileo. Fuit eni signū quidē virtutis xpi

et indicium contra pricipem ira-
cundie dei. Cum enim agnouiss3
in cesaria philippi ciuitate phe-
nicie: quam paueam vocant insi
gne christi esset simulachrum qd
mulier sanguinis liberata pflu-
uio constituerat: eo deposito suā
ibi statuam collocauit. Que vio
lento igne de celo cadente circa
eius pectus diuisa est & caput cū
ceruice vna parte deiectum atq3
in terra fixum: reliqua vero pars
hactenus restitit et fulminis in-
dicium reseruauit. Statuā vero
christi tunc quidem pagani tra-
hentes confregerunt. Postea
vero christiani colligentes in ec
clesiam recondiderunt quo hac-
tenus reseruatur.

¶ Hoc itaq3 simulachrum sicu-
ti refert eusebius: omnium passi
onum & egritudinum noscitur eē
medicamentum. Juxta quod q-
dam herba germinauit cuius spe-
ciem nullus nostre medicus ter
re licet expertus agnouit.

¶ Capitulum.xliii.

Michi nāq3 vi-
detur quia adueniente
deo nullum miraculu3
nullumq3 beneficium putari de-
bet incredulum. Nam & alia plu
rima miracula per ciuitates et vi
cos plerumq3 apud multos pro-
uinciales: antiquitus tradita sūt
habentia veritatem quod repen
te monstrabo. Est itaq3 ciuitas
palestine nicopolis nomen.
Hanc dum vicus adesset emaus
sacer euangeliorum liber appel-
lat. Quam romani post vastatio
nem hierosolimorum iudeamq3
victoriam: nicopolim ex euentu
quippe victorie vocauerunt. An
te hanc vrbem in triuio vbi xpus
cum cleopha post resurrectionē
noscitur ambulasse tanq ad aliū
vicum iturus fons quidam est sa
lutaris in quo passiōes hominū
diluuntur: et alia pariter anima
lia diuersis detenta languorib9
emundantur. Quod vt ita conti
gat traditur ex quodam itinere
apparuisse xpm ad fontem cū di-
scipulis suis: et lauisse pedes.
Ex quo aqua facta diuersarū me
dicabilis passionum. ¶ Fertur
etiā B q in hoc hermopoli the
bayde. Arbor que vocatur persi-
dis multorum languores subegerit.
si fructus aut foliū aut pars eius
corticis collo egrotātiū ligaret.
De hac eni arbore ferūt qm dum
apud egyptū ioseph cū christo et
maria virgine sācta fugisset hero
dem: venissetq3 ad hermopolim
ciuitatem mox vt ingrediebatur
vrbem nō ferens hec arbor maxi
mū xpi salutaris aduentum. icli-
nata est vsq3 ad terrā: & eū suppli-
cit adorauit. Hec ego de ista ar-
bore a multis audiens enarraui.
Reor aūt hoc signū fuisse factum
cuius diuine pntie: aut certe qm
ritu pagano hec arbor pter ma
gnitudinē atq3 pulchritudinem
colebatur mota est nō ferēs xpi di-
uinitatē. Demonib9 qppe cōtre-
miscentibus cum videret rerum

talium destructorē: necnō et omnibus simulacris egiptiorꝫ secūdum ysaie prophetiam fugatoqꝫ demonio, ꝑ testimonio christi arborem vacuam remansisse. Igit apud egyptios et palestinos gestorum testimonia conseruātur.

Theo. Ca.xliij.

IGitur iulian⁹ etiā iudeos cōtra xpianos armauit. Primū eos conuocans requisiuit: cur ei⁹ precipiente lege sacrificare neqꝫquā imolationib⁹ vterētur. Cūqꝫ respondissent vno tātūmodo loco sibi offerendi sacrificiū fuisse permissum: repente iussit deo odibilis destructum resuscitare templum: credens īfelix dn̄icum verbum se posse destruere: cuius per hoc veritatem magis ostendit. Hec itaqꝫ verba iudei libenter accipientes cūctis per diuersum terrarum orbem mandauere iudeis. Qui vndiqꝫ concurrētes pecunias ad edificium alacriter offerebāt: nō largitati gratia sed veritati repugnās. Misit qꝫ pariter presidem impiorū executorem dignissimum preceptorꝫ. Aiunt enim qm̄ ad repurgiū faciendum argenteas hamas et cophīos ꝛ scaphas habuerūt. Cūqꝫ fodere iam cepissent statuto quidem die hoc multitudo plurima faciebat. Nocte vero spontanea terra de valle crescebat. Solutis itaqꝫ prioris etiam fundamenti reliquijs noua omnia preparabant. Cunqꝫ gypsi et calcis multa modiorū milia congregassent vis magna ventorꝫ repente respirans tempestates atqꝫ procelle subito facte: quicq̄d congregatum fuerat disperserunt. Adhuc autē vesanientibus eis et neqꝫ diuina longanimitate correptis maximus primo terre motus est factus. Et quisquis nō fuerat misterijs diuinis ibutus: vehemēter attritus est. Cum vero neqꝫ hoc terrerentur indicio ignis ex fundamētis que suffodiebantur egrediens plurimos fodiētium concremauit: aliorum mēbra dissoluit. Nocte quoqꝫ plurimis in vicina porticu dormientibus cadens subito cum tecto ipsa porticus dormientes oppressit. Alia vero die in celo signum splendēs crucis salutaris apparuit. Sed etiam iudeorum vestes crucis signaculo sunt implete non tamen splēdenti sed nigro colore signate. Hec itaqꝫ rebelles dei considerantes: et diuina flagella contremiscentes ad ꝓpria sūt reuersi confitentes esse deū: qui ab eorū progenitoribus ligno probatur appensus. Nō audiens iulian⁹ dum vtiqꝫ caneretur ab omnib⁹ tanq̄ pharao idurato corde nō timuit. Capi.xliiij.

IGitur dū persę mortuum cognouissent cōstantium captā fiducia venert ad ēmios romanorū denūciātes bellū. Ob q̄ rē cō

lecto exercitu iulian⁹ misit ī del fū et delū et dodonem / ad perci piēda responsa si expediret ei bel la suscipere. Tunc vniuersi va tes et pugnandi fiduciam dabāt et victoriā promittebant. Unum vero responsū pro exemplo men dacij ac seductiōis inserere nō pi gebit. Est eni hmōi. Nūc oēs ag gredimur dij victorie trophea re ferētes circa fluuiū thirē. Horū ego dux ero belligerator mars. Horum item carminū ridiculū eos conuenit diuulgare qui ra tionalem dominū musarūq͂ prī cipē: pythiū esse vocant. Ego au tē mendaciū seductionis eius in ueniens ingemisco. Thirem nā q͂ fluuiū tigrem voluit appellare quoniā thiris eius nomini simi lis est. Is enī fluuius ex armenie redundans montibus et per as syriorum arua discurrens / sinū descendit in persicum. Per hec ergo responsa deceptus infelix / et victoriam mente somniabat: et post particum prelium: pugnam galileis inferre preparabat. Sic enim vocabat christianos: con tume B liam nominis se eis inferre putans: cū magis debuis set eorū considerare virtutē. Nō eni socrates licet critias fuerit appellatus: et pitagoras phala ris ex mutatione nominis quali bet sunt peste participati. Neq͂ nereus thersitas vocatus / natu ralem pulchritudinem quā gere bat amisit. Horum nichil mente percipiens: ex hac appellatione aliquid mōstri se nobis putauit inferre fallaci responso credens interminabat per ecclesias dōmo nū se statuere simulachra. Post has igitur minas: ab vno viro in beroea debellatus est. Is ci no bilis erat: eiusq͂ ciuitatis C curie presidebat quē zel⁹ xp̄i red didit clariorē. Uidēs nanq͂ filiū in ipietatē que tunc vigebat fuis se demersū: expulit sua domo co rā ōnibus addicauit. Qui in vi cine ciuitatis itinere aggess⁹ īpato rē: suā volūtatē et abdicationem patris iuotuit. At ille descere iuue nē igauit: placadū pmittēs prez Cūq͂ venisset in beroeā nobiles et honoratos conuocauit ad prā diū. Inter quos erat et huius pa ter quem cum filio in suo prande re iussit accubitu. Tūc circa me dias epulas dixit ad patrem. Non michi videtur iustum vim facere voluntati ad aliud decli nandi: et animam ad alia muta re que non vult. Noli itaq͂ esse fi lio violentus: sequi tua dogmata respuenti. Neq͂ enim ego tibi vi facio mea sequi: licet cogere va l de possim. Ille causā diuine reli gionis mente percipiens: de isto inquit / o imperator erroneo dicē et deo odibili et veritati prepone ti mendacium: tamen ille rursus mansuetudinis induens vultū cessa inquit detrahere. Et decli nans ab eo vultum: adolescenti dixit. Ego tui curā habeo qm pa tri tuo vt hoc faciat suadere non possū. Hec itaq͂ nō frustra retuli

sed volens ostendere non solum illius mirabilis viri fiduciam sed qm̄ cōtēpta iuliani a plurimis sit potestas. ¶ In anthiochia nāq; quidā vir optimus pedagog⁹ adolescentium habitabat. Erat q; illic famosissimus sophista libanius impius expectaniq; iuliani victoriam habens pre oculis eius minas. Ergo interrogauit pedagogum quasi nostram deridendo religionem. Nunc inquit fabri filius quid putas agit? At ille quod paululum cōtigit completus gratia diuina predixit. Respondit ei o sophista: creator oim̄ quē tu fabri filiū nominasti: locellū sepulture iuliano ꝯponit. Post paucos eni dies mors illi⁹ nūciatur erronei et in locello posit⁹ ⁊ aduect⁹ minarūq; timore vacuatus est. ¶ Capitulum. xlv.

Eo siquidē tempore religiosissimus iulianus cognomēto saba qui angelorum incorporaliumvitam corporali conuersatiōe videbatur imitari cui⁹ etiā vitam conscripsimus / ꝓlixiores offerebat deo preces cum illius impii minas audisset et ea hora qua ille percussus est orans / mortē ei⁹ iste cognouit licet plusq̄ viginti mutationes ab eo loco vsq; ad eius exercitum esse viderentur. Aiunt enim quia dum continue ingemisceret et clementi domino supplicaret: subito lachrimarū eius fluuius restituisset: fuissetq; alacritate completus et ei⁹ vult⁹ exhilaratus. Hāc animi perturbationem eius ministri respicientes rogauerunt vt eis causā repentini gaudii patefaceret. Tūc ille dixit. Ferus sacre vinee dūastator: penas exactus est vastationis sue iacetq; mortuus terroribus minisq; frustratus. Hec agnoscentes exultauerunt omnes deoq; hymnos gratifico sobtulerunt. Postea vero a nunciis est compertum eandem fuisse diem simul ⁊ horam necis iuliani: quā ille sacratissimus senior cognouit atq; predixit.

¶ Capitulum. xlvi.

Tālī itaq; semper inconsulte gessisse mortis demonstrauit euentus. Trāsiens eni cū exercitu fluuiū qui persarū romanorūq; regna diuidit: repente naues incendit non suadēs rebus aut verbis: sed cogens milites ꝑliari. Porro duces alacritate completi: animabant milites et eos spe varia confortabant quam imperator absciderat: cum eorū reuersionē incensis nauibus abnegasset. Super hec autem cum debuisset cibos militibus cōgregare neq; de propriis finibus ꝑcepit afferri neq; de inimicorum abūdātia iussit aliqd depredari. Relinquens ergo habitabilem viā: pergebat per solitudinis loca vbi et cibo et potu milites defraudati: et duces itineris non haben

tes sed errantes in deserta ꝓuin cia sapientissimi pricipis agno= uere consilia. ¶Socrates

¶Multos itaq; vicos castraq; deti B nens: iam etiam ciuita= tes capiebat. Cunq; venisset the siphontē ciuitatem: intantū ob= sedit regem vt crebris legationi bus vteretur offerens dare sue patrie ptem: si solutus bello dis= cederet. Quod ille noluit neq; supplicantibus est misertus / ne= q; mente percepit quia vincere q̇ dem bonum est: superuincere ni mis inuidiosū. Credens precipue magicis artib⁹ quas ei maxim⁹ philosoph⁹ exhibebat ꝛ arbitra= tus alexandri macedonis se glo riam percepturum aut certe po= tiorem. Putabat enim scdm pi= tagoream platonisq; sētentiam ex mutatione corporum alexan= dri animā possidere aut esse po= tius in altero corpore alius ale= xander. Ob hanc itaq; causam persarum regis noluit p̄ces ad= mittere. ¶Sosomenus.

¶Cum igitur in deserti loca pri mo captiuorum habuisset duca= tū: postea quidam senior sub sche mate ꝑditoris se ei compendio= sum iter ostēdere compromisit. Cunq; tribus diebus ambulan= tes ad maiorem solitudinem ve= nissent illū siquidem fustib⁹ occi derūt: cōfitentē hoc se fecisse pro patrie libertate etiā libēter tor= mēta omnia sustinere. Exercit⁹ interea persarū ex itinere fatiga to exercitu romāoꝝ irat⁹ occur= rit: seq; ad ogressionem prelij pre parauit. ¶Socrates.

Querebant ei. i romāi de prici= pe cur noluerit bellū cū lucri ꝑ= missione finire. Acrūtā persis in stātibus resistebant ita vt frequē terverterētur hostes in fugam. Porro iulian⁹ erat pn̄s in equo ꝛ exercitū confortabat: inermis quidem spe felicitatis sue presu= mens. ¶Theodoricus.

¶Capitulum. xlvij

Contra quē ia= culum repente delatum discurrēs per brachiū i eius latus immersum est. Ex hoc vulnere suscepit terminū vite. Qui vero iustissimū intulit vul= nus hactenus ignorat. Sed alij quendā inuisibiliū hoc itulisse fe runt. alij vero vnum pastorū is= mahelitaꝝ: alij militē fame ꝛ iti= nere fatigatū. Sz siue hō siue an gelus fuerit: palam est q2 diuis iussionibus ministrauit. Aiunt ei q2 dū fuisset vulneratus mox ma num sanguine suo cōpleuerit ꝛ i aerem ꝓiecit dicens. Galilee vi= cisti. Et in eo ip̄o confessus est cū blasphemia victoriā. ¶Socra= tes. ¶Caliscus autem qui i= ter familiares imperatoris tunc militabat: et heroico versu eius cōscripsit hystoriam. Ait eum a demone vulneratum fuisse defū= ctū. Julianus ergo quarto con= sulatu suo quem ediderat cū sa= lustio: sexta die iunij mensis in ꝑ sica regione defunct⁹ est. Anno

tertio imperii sui septimo vero ex quo cesar a constantio fuerat ordinatus vite anno tricesimo primo.

Capitulum.xlviii

Post cuius mortem eius magie comperte sunt. Carra namque civitas est: hactenus impietatis reliquias habens: per hanc iter agens quoniam per edissam propter pie religionis cultum transire noluerat in templum quod a paganis colitur est ingressus. Ubi dum quedam cum suis consortibus sacrilegia celebrasset ianuas et claustra disposuit: et quosdam ibi milites observare precepit ut illuc huius nullus accederet donec ipse remearet. Cumque mortuus fuisset et impio pium successisset imperium ingredientes in templum invenerunt mira principis simulachra/ eiusque sapientiam et famosissimam pietatem. Viderunt enim mulierem capillis appensam extensas habentem manus: cuius uterum apuerat ut persarum victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in carris inventum est: verum in anthiochia plurima sacra sunt in palatio humanis autem capitibus plenas fuisse captas et inuera in puteis demersa corpa mortuorum. In quo urbe dum ei nunciatus fuisset interitus publicam cuncti habuere festivitatem: et non solum in ecclesiis et sepulturis martyrum exultabant: sed etiam in theatris victoriam predicabant cum sacerdotibus exultantes. Ego autem et clamorem favoris eorum hic ponere necessarium iudicavi: ut etiam apud posteros hec memoria reservetur. Communiter enim clamabant omnes Maxime fatue: ubi sunt tua vaticinia? Vicit deus et christus eius. Hic ergo libri terminus est habendus ne pio imperio impietatis potentia copuletur.

Explicit liber sextus.

Incipiunt tituli libri.vii.

Tituli libri septimi.

¶ Incipit liber septimus.

¶ Socrates.

¶ Capitulum primum.

Milites igitur maxima estuatione venientes omissa omni dilatione altera die iouiniano insulas imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis et nobilis et illo tempore millenarius quo iulianus electionem militibus lege proposuit vt aut sacrificarent aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere quam imperatoris preceptionibus impijs obedire. Hunc ergo tunc Julianus propter belli necessitatem inter viros militares habebat. Qui cum violenter a militibus ad imperium traheretur: clamabat dicens non se velle paganis hominibus imperare: cum ipse christianus existeret. Cuncta vox omnium communiter proclamasset dicentium se quoque esse christianos suscepit imperium. ¶ Theodoricus.

¶ Cogitabat itaque iouinianus de communi salute et quomodo posset de medio hostium illesum exercitum liberare. Nec indiguit grandi consilio: sed seminibus pietatis vltimum vindemiauit fructum. Repente namque suam prouidentiam deus ostendit et fluctuationem eius ad portum tranquillitatis adduxit. Dum enim huius angustiam persarum rex agnouisset missa legatione petiuit pacem deinde cibaria militibus destinauit et forum venalium cis preparari i deserto precepit. Celebratisque federibus exercitum reduxit incolumem. ¶ Socrates. ¶ Que pacta quantum ad gloriam romanorum turpia sed tempori congruebant. Amissa namque syria et tradita persis nisibbim mesopotamie ciuitate discessit. Hec itaque nunciata christianos confortauerunt paganis intulerunt luctum. porro milites sicut tum iuliani feruorem valde culpabant causamque damni finium romanorum ei potius inferebant quam ad persarum quasi proditore seductus naues que per fluuium frumenta deueherent incendit et famem militibus irrogauit

¶ Capitulum secundum. B

Tunc itaque sophista libanius lamentationis librum in iulianum conscripsit quem iulianum denominauit. festinatum quippe laudibus illius in quo etiam meminit librorum quos contra christianos ediderat iulianus. Et siquidem laudes imperatoris sophista dixisset: ego quiescerem vestigiis hystorie sequens. Sed quoniam tanquam callidus rhetor memoris iuliani librorum christianam videtur lacerare religionem: propterea contra eum positis primum verbis ipsius pauca dicenda sunt Hyemis inquit noctes amplius imperator extendens in cubendo libris: palestinensium hominem deum deique filium referentibus preliabatur enixius: et redarguendo preualuit: vt risum et quandam

inanitatem ostenderet eorū que colūt a talib⁹. In quib⁹ laborib⁹ sene tyrio sapientior est inuent⁹. Propicius autē sit iste tyrius ꝛ a placide verba mea suscipiat tā q̄ a filio victus est. Hec quidem sophiste libanij sunt verum ego sophistam eum optimū fuisse no tarem si non eius religionis cu ius imperator fuisset omnia que de iuliano xpiani etiā iste tunc di ceret et forsitan quasi rhetor au geret. Nā et viuo constantio lau des: ꝛ eo defūcto iniuria plenas criminibus eius effudit. Et si sc̄ ner porphiri⁹ fuisset: impator li bros ei⁹ iuliani ꝑposuisset opib⁹ Sed et iulianus si sophista fuis- set dixisset forsitā etiā ipsum ma- lum sicut ethiuolum. Quia er- go ille tanq̄ eius secte et tāq̄ so- phista et amicus imperatoris: q̄ ei sunt visa dixit ei. Nos vt possu mus obuiemus. Primū itaq̄ di xit quia libris incumberet hye- mis noctes extendens. Incum- bere nāq̄ significat quia intētio nē habuit vt vituperationē con- scriberet sicut consuetudo sophi stis est. Nā olim hos libros scie rat: sed tunc incūbebat et maxio prelio contendebat. Unde palam est quia non sicuti libani⁹ putat redarguendo preualuerat sꝫ in- firmitate sue veritatis estuabat ea que bene illic cauteq̄ sunt po sita tāq̄ detractator lacerare la- borabat Omnis eni q̄ resistit ali cui: nunc vertendo: nunc celādo veritatē/ mentitur aduersus eū contra quē litigat. Et qui infen- sus alicui est: omnia sicut hostis non solū agit sed etiam loqui cō tendit. Quia vero iulianus atq̄ porphirius quē tyrium senē vo- cat: detractores ꝟ ambo fue- runt suis sermonibus arguūtur Nam porphyrius summi phūo sophorū socratis vitam dilacera uit in hystoria philosophie quā ipse conscripsit: et talia de eo re- tulit qualia soliti derogationi- bus occupari. Et hec de illo so- crate qui apd̄ grecos mirabilis castitate: iustitia: aliisq̄ virtuti- b⁹ habebat. Quē plato mirabi- lis eorum philosophus et exeno fonte alter philosophorū thias⁹ non solū tāq̄ deo amabilem ho- norant: sed etiā vltra hominem sapuisse pronunciant. Porro iu lianus zelatus passionem pro- priam in cesaribus enudauit: et omniū ante se regnantium vitas carpēs: neq̄ philosopho marco perpercit. Igitur ābo detracto- res fuerunt. Non op⁹ habeo plu rimis vti sermonibus. Ego nāq̄ ex vtro C rūq̄ verbis mores eorꝝ cōiiciēs hec dixi. Quid au- tē de iuliano gregorius nazanze- n⁹ retulit audiam⁹. Ait ei i scdo libro ꝯ pagāos hec v̄ba p⁹ alia. Hec eadē de iuliano aliis ipa ex puncta tradidert ꝛ assūpta ptās impiū Michi aūt oli ei⁹ mores cō pti sūt: dū hūc virū i athenis cla rius agnouissē Uenerat en i illic dum frater eius imperatori vi- deret iimic⁹. Fuitq̄ aduent⁹ ei⁹

duplex: vna quidem quasi decentior qua dicebat se venisse vt videret helladam atq doceretur. altera vero secretior et nō nota plurimis vt immolatores demonū et viros fallaces inquireret qr nondum habebat impietatis sue licētiam. Tunc igitur non frustra cōsideraui virum. Non eni fortuite ista conspexi: sed faciebat me cautū inconstantia morum eius: et excessus vberior. Vatis eni egregi⁹ est qui bene considerat. Nullum enim signum in eo michi vtile videbatur. Ceruix inflexibilis: hūeri iactabiles: oculi currētes huc illucq directi: et furiose respiciētes. Pedes impatientes: nares spirantes iniurias: atq cōtēpt⁹: scemata risibilia: et hoc ipm sēp habentia. Risus incontinens: et quasi subuliens. Consensus et negatio simul ratio nulla ratiōe cōsistens: interrogatio inordinata atq responsio nulla congruētia sibi conueniens. Sed quid p vniuersa discurro: hunc ante opera vidi et operibus ipsis agnoui.
Et siquidē essent michi presētes qui tunc aderant testarentur qr cum hec vidissem repente dixi. O quale malum nutrit respublica romanorum? Et cum hec pdixissem optaui me inuenire debere mendacē. Melius enim fuerat hoc/ q̄ vt tantis terra sceleribus impleretur. Nūq arbitror talia fuisse prodigia: cū multa diluuia multa incendia: multe pestes: et hiatus terre prouenerunt: licet homines inhumani: et feroces: compositiq dissimilib⁹ naturis fuisse referantur. Ob quam rem digno sua superbia fine conclus⁹ est. Hec gregori⁹ de iuliano narrauit. Quia 𝔇 vero ɔtra xpianos multa verba proferētes ausi sunt vim facere veritati: quedam ex sacris litteris peruertentes: alia permutantes: omnia tamen secundum suam sumentes intentionem: multi eis obuiantes ista patefecerunt destruentes et redarguentes eorum vana sophismata. et ante omnia origenis: licet ante multa fuisset tēpora iuliani. Is enim ea que videbantur turbare legentes sacratissimas lectiones obiciens sibimet et interpretatus ea/ detractorū sophisticas adinuētiōes exclusit. Que si sepius legissent iulianus atq porphirius ea libenter accipientes/ in aliud forte sua verba mutauerant et nō ad blasphemie sophismata verterentur. Quia eni lacerare studuit imperator apd ydiotas et simplices verba faciens/ et non apud eos qui scripturarum diuinarum obtinent veritatē ex hispalam est. Sumēs eni ea verba que dispensationē causa humanius posita sūt cū multa hmōi collegisset exempla: hec nouissime dicit. Hor igit̄ singula si nō aliquā hn̄t ieffabilē ɔtemplationem: maxima de deo blasphemia sūt plena. Hec ergo iulian⁹ in tertio ɔ̄ xpianos libro dicit. In libro autē suo quē de cinismo

scripsit voces quomodo sacras fabulas decet fingi dicit oporte= re harum veritatē abscōdi. Sic enim ait. Amat enim natura ce= lari et abdita deoꝝ substantia nō patitur nudis verbis in aures ī troire pollutas. Apparet ergo ꝑ hec imperatorē suspitionem ha buisse diuinis scripturis qm̄ essēt verba mistica ineffabilē quendā modum contēplationis habētia Sed indignatur cur non oēs eā= dem sententiam habuerint et in sistit his qui inter xp̄ianos diui= na simpliciter suscipere vidētur eloquia. Nō igitur oportebat eū contra simplices īsurgere: nec ꝓ pter illos contra sacras litteras intumescere necꝫ odio habere et auersari q̄ bene magis intellexe rant qm̄ non omnes tunc ita sen tiebant sicut ipse voluerat. ℒ Similis ergo porphyrio factus est. Ille nanqꝫ ī cesaria palestina a quibusdam xp̄ianis cesꝰ iracū= diam non ferēs xp̄ianitatem de= seruit per furorē. et odio inimico rum scribendo blasphemias xp̄i anitate priuatus est: sicut eū eu= sebius pamphili redarguit ⁊ eiꝰ verba destruxit Imperator autē apud ydiotas superbus iter chri stianos extitit ea passione ī blas= phemias porphirij declinauit. Ambo siquidem sponte delique= rūt: et scienter peccādo dignissīa pena mulctati sunt. Cum igitur sophista libaniꝰ velut irridēs di xisset hominē ex palestina deū et dei filiū faciūt oblitꝰ suoꝝ videt

esse verborum. Ad finē nāqꝫ eius libri iulianū deificauit sic inter a lia dicens. Primum nāqꝫ nūciū eiꝰ mortis pene perimerant cur putaretur de deo mentitus. Dei de paululum descendens ait. O demonum alūne: demonūqꝫ dii cipule: et demonum obseruator. Qui licet hoc aliter intelligeret veruntamē hec eadem de iulia= no dixit que xp̄iani exprobrātes affirmāt. Si ergo eum laudare cogitabat: oportebat eū hoc no= men effugere nec eum deditum demonibus iudicare: sicut ser= monem alium declinauit quem dum reprehenderetur de suis li bris abscidit. Quomodo enim homo christi deificetur et q̄ad= modum in aperto homo fuerit i= uisibiliter autē deus: et q̄admo= dū vtraqꝫ sit vera xp̄ianorum ra tio sacra nouit. Pagani vero an teqꝫ credant intelligere nequeūt Dicit enim sermo diuinus. Nisi credideritis nō itelligetis. Qua propter non erubescunt mul tos homines deificātes. Et vtinā bonis moribus institutos / aut iu stos / aut castos et nō potius lu= bricos: iniquos ⁊ ebriosos. i. her cules: dionosios ⁊ asclepios sicu ti frequēter in suis libris iulianꝰ iurare non erubescit. Quorum masculos feminasqꝫ cupidines si numerare voluero longa digres sio generatur. Sꝫ sufficit hec sci re volentibus aristotilis palliū: et corona dydisij ⁊ liber regie int te medrie: turbaqꝫ poetaꝝ q̄ de ta

libus scribentes vere ridiculum et inanitatem theologie ostendere paganorum. Quia vero proprium paganorū est hoīes summa falsitate deificare monstramus. Rhodiis quadā calamitate detētis responsum est datum vt phrygiū attin sacerdotē vesanie phrygium celebritatis placarēt Talenanqꝫ responsum est Attin placate deum magnū purū adonē: bone vite: diuitiarū datorem: comatumqꝫ dyonisium. Hoc itaqꝫ responso attin qui amore vesano semetipsum occidit: eumdem adonem dyonisiumqꝫ nominauit Cūqꝫ alexander macedonū rex trāsisset in asiam: amfixiones alexādro fauentes carmina ista finxerunt iouē deorū consulē: et mineruā honora tergenitam q̄ corpore mortali supernū abscondis regē quē iupiter herorū seminauit generibus adiutorem bone leges leticie alexandrū statuere regem Hec in parthia pronunciauit demon Qui cum potentibus adularetur deificabat eos. Quid ei dicamus dum etiam cleomedem adletham deificauerint ita dicētes Vltimus heroum cleomedis ciuitatis athleta quē sacrificiis honorate quia mortalis iam non est. Propter hoc ergo respōsum dyogenis cynici et oenamāos philosoph⁹: pythiū reprehenderunt appolinē: cizicem vero tertiūdecimum deum adrianum appellauerunt. Sed etiā ipse adrianus amatum suum antinum deificauit: et hec ridiculū et inanitatem non dicit esse libanius Hec ergo a nobis propter eius detractionem per digressionem dicta sufficiant.

Theodoricus. Ca. iii.

Iouinianus ergo imperator mox vt imperiū sui terras ingressus est primum hoc scripsit vt episcopi de exilio remearēt et ecclesias eis reddendas esse professus est: qui expositam in nicea fidem inuiolabiliter seruauerunt. Scripsit etiam athanasio qui precipuus erat horum dogmatū propugnator: petens vt ei rescriberet perfectam diuinorum dogmatum disciplinā. Qui eloquētiores episcopos congregans rescripsit rogans vt fidem nicee expositā custodiret tāq̄ apostolicis dogmatibus congruentem. Cuius epistole verba sūt hec Piissimo atqꝫ clementissimo victori augusto iouiniano. Athanasius et reliqui episcopi venientes ex persona oium episcoporum egyptiorū: thebaidis: et libie. Decet deo amabilem principē discendi habere voluntatem: desideriumqꝫ celestiū sic enim vere et cor habens ī manu dat: et imperium cū pace multis ānorum curriculis gubernabis Volēte igitur te a nobis: tua discere pietate catholice ecclesie fidem gratias ob hoc domino referētes curauimus vt prolatam ab omnibus patribus ī nicea tue

pietati insinuaremus fidē. Hāc enim repudiantes quidā nobis equidem frequenter insidiati sūt eo ꝙ arriane non consentirem⁹ insanie. Auctores vero facti sūt heresis ⁊ scismatum vniuersalis ecclesie. Uera ergo et pia i domi num nostrum iesū christū fides ē ōnibus mani esta: et ex diuinis litteris agnita atqꝫ lecta. In hac enim etiam sancti martyrio con summati sunt: et requiescentes in domino nunc consistunt. Mā serat itaqꝫ semper fides illesa: ni si calliditas quorūdam heretico rum eam violare presumeret. Arrius enim quidam eiusqꝫ se ctatores erumpere et impietatē aduersus eam introducere ten tauerit dicētes: ex nō extātibus ⁊ creaturam atqꝫ facturam conuer tibilemqꝫ esse filium dei. Pluri mosqꝫ per talia seduxerūt/ ita vt etiam qui aliquid esse videbātur blasphemia huiusmodi traherē tur Uerum sancti patres nostri olim conuenientes sicuti predi ximus in niceno concilio: arria nam quidem sectam anathema tizauerunt. catholice ecclesie fi dem scriptura teste professi sunt Eaqꝫ predicata nec heresis extin cta est que vbiqꝫ videbatur accē sa. Hec itaqꝫ fides per omnes ec clesias legebatur et predicaba tur: sed quoniam arrianam here sim qdā renouare volētes: ipam fidē a patribus i nicea ꝑlatā ana tematizare presumpserunt. ali qui vero fingunt se eam profiteri sed ipsā veritatem negare noscūt Aliter interpretantes consubsta tialitatem et sancto spiritui blas phemantes cum dicunt cum cre aturam esse atqꝫ facturam per fi lium celebratam necessario con siderantes lesionemqꝫ huiusmōi causa contra populum generatā offerre tue pietati confessionē cō ciliū niceni curauimus vt pia re ligio tua cognoscat cum quanta scrupulositate conscripta est: et quantum errent qui extra eā vo lūt aliqd edocere. Cognosce deo amabilis imperator qui hec qui dem predicatura seculo: et hanc professi sunt patres nicea conue nientes. In hac quoqꝫ fide cōcor dant omnes ecclesie hyspania et britānia necnon galliis ytaliis et dalmatiis constitute. In cappa docia mysia: et macedonia: vni uersa simul halladia: sed etiā vni uersa affrica: sardinia: cipro: cre ta: pamphilia: licea: ysauria: et I omni egypto ⁊ libia ponto: ⁊ cap padocia: partibusqꝫ vicinis ⁊ ori entales ecclesie pretē paucos ar riū sectatores. Omnium nanqꝫ ꝑ dicatorum sententiam experimē to cognouimus et litteras habe mus: eosqꝫ nouimus deo amabi lis imperator: quia cum pauci q̄ dam huic fidei contradicant pre iudicium facere non potrūt in toto orbe terrarum. Multo enī tempore ab herese arriana pul sati: nunc etiam pietati contenti one maxima contradicūt. Ut ve ro hec pietas tua cognoscat licꝫ

sciat tamen studuimus fidem niceno concilio professam ab episcopis trecētis decem ꝛ octo subiungere. Est autē hec niceni concilij fides. ¶ Credimus in vnū deū patrem omnipotentem oīm visibilium inuisibiliumꝗ factorē. Et in vnū dominū iesū christū filiū dei: natū ex patre vnigenitum: hoc est de substātia patris / deum de deo: lumen de lumine: deū verū de deo vero: natum nō factum cōsubstantialē patri per quem omnia facta sūt que in celo et que in terra. Qui propter homines et propter nostram salutē descēdit: incarnatus: humanatus: passus est: et in die tertia resurrexit. Ascendit in celo: venturꝰ iudicare viuos et mortuos Et in spiritum sanctum. Eos autē qui dicunt erat quando non erat et anteꝗ nasceretur nō erat: et quia ex non extātibus factus est: aut ex altera substātia vł substentia dicētes esse aut creatū: aut ꝯuertibilem: aut mutabilem filiū dei: hos anathematisat sancta catholica et apłica ecclesia. In hac fide deo amabilis imperator nos cōsistere necessariū est tanꝗ sacra ꝛ apostolica: nullaꝗ mouere eā seductiōe verborum atqꝫ contentione: quod ab initio arriani fecerunt: ex non extantibus filium dicētes. Et quia erat quando non erat: et creatus ꝛ factus et cōuertibilis est. Proptere rea sicuti prediximus: et nicena synodꝰ heresi anathematisauit huiusmodi: fidē vero professa est veritatis. Non enim simpliciter similem dixerunt filium patri ne simpliciter similis deo deus verus esse crederetur: sed etiam cō substantialem scripserunt: quod proprium est geniti veriꝗ filij ex vero et naturali patre nascētis. Sed neqꝫ spiritūsāctum alienauerūt a patre et filio: sed potius glorificauerunt eum cū patre et filio in vna sancte trinitatis fide: eo ꝙ vna sit in sancta trinitate diuinitas. Has litteras imperator legens cōfirmauit quam habuerat de sacris scientiam et affectum: aliamꝗ ꝟ conscripsit legem vt frumentorum cōsuetudo redderetur ecclesiis: quā maximus distribuerat cōstantinꝰ: ꝛ dari prohibuerat iulianꝰ. Et ꝗm propter illius impietatē orta fames non sinebat totam tūc summā quam constantinꝰ constituerat erogari tertiam partem Iouinianus ad presens impendi ꝑmisit: ita vt cessante fame frumēta integra preberentur.

¶ Socrates
¶ Capitulum. iiij.

Euocauit igitur imperator a constantio exilio missos episcopos qui non occurerant iuliani redire temporibus. Tunc autem etiam templa paganorum omnia claudebantur: et ipsi sacerdotes vbiꝗ fugiebāt. Indutiꝗ pallijs ipsa pallia reponebant ꝛ ad sche

ma cõmune reuertebant. Quie uit etiam pollutio sãguinis quã publice isatiabiliter sub iuliano celebrabant. Porro christiani non quiescebant: presules eni re gionum adibant crebro princi= pem: credentes eius obtinere se voluntatem aduersus proprios inimicos. Et primum quidẽ ma cedoniani libellum principi por rexerunt postulantes vt expelle rentur ecclesiis qui dissimilem fi lium predicabant: ꝛ ipsi introdu cerentur in eas. Erant enim qui libellum obtulerant. Basiliꝰ an= cyre: Siluanus tharsi. sofroniꝰ pompeiopoleos: passinicus zile= nus: leontiꝰ comanus: callicra= tes claudi opolitis: theophilus icastabaleus. Horum libellum imperator accipiẽs: eos sine res= ponso dimisit: hoc tantummodo dicens. Ego contentiones odi: eos autem qui ad concordiam fe stinant diligo pariter ꝛ honoro. Quod audientes qui ad conten tionem se preparabant quieue= runt. Hoc ergo pro voto impe= ratoris est factum. Nam tunc in tentio sectatorum acacij reuela= ta est: et sicuti solebant ad vota se principis contulerunt. Conue nientes enim in anthiochia sy= rie: habuerunt verba cum mele cio: qui ante paululum diuisus ab eis consubstantialitatem de= fendere videbatur. Hoc itaqꝫ fe cerunt quoniam eum honorari conspiciebant: principe tunc ibi morante. Communi ergo consi= lio libellum componentes con= substantialitatem professi sunt: et nicenam roborantes fidem ob tulerunt imperatori. Cuius li= belli verba sunt hec. Piissimo ꝛ deo amabili domino nostro Jo uiniano victori augusto: synodꝰ presentium episcoporum ex di= uersis prouincijs in anthioche= na vrbe conuenientium. Quoni am ecclesiasticam pacẽ atqꝫ con cordiam tua primũ studuit pie= tas celebrare: bene nouimus e= tiam nos deo amabilis impera= tor. Quia vero verticem huius= modi vere vnitatis ꝛ orthodoxe fidei bene suscepisti/ neqꝫ hoc igno ramus. Sed ne cũ his qui adul= terantur veritatis dogma repu= temur: tue pietati suggerimus/ quoniam sancti concilij nicea o= lim et ab initio celebrati fidem ꝛ suscepimus et tenemus. Quan do etiam et consubstantialitatis nomẽ quod aliter se quibusdam habere videtur dicimus cautã interpretationem a patribus ex cepisse: quippe significantibus quoniam ex substãtia patris na= tus est filius: et quia similis per substantiam patri est. Non enim velut aliqua passio circa ineffa= bilẽ natiuitatem creditur. Neqꝫ secundũ aliquẽ paganorũ vsum percipitur a patribus substãtie nomen dictum: sed ad destructio nem arrianorum qui presumpse runt ex non extantibꝰ de xpo ali quid impie predicare. Quod e= tiam isti qui nunc inequalitatẽ

asserunt asperius et audacius ad vastandā ecclesie concordiā imprudentes ausi sunt perpetrare: Quāobrem huic nostre relatiōi subiunximus exemplar fidei niceni concilij: quam etiam decenē amplectimur. Est enim huiusmodi. Credimus in vnum deum patrem oīpotentem: et reliqua. Et subscriptio. Meletius eps āthiochie obtuli in suprascriptis consentiens Eusebius samosatenus euagrius siculus: vrani⁹ apamie zoilus larisenus: acaci⁹ cesarie: antipater rosi: abraminus emenus: aristonicus seluco beli: barlabentu pergami: vranius melitie: magnus calchidis: euthici⁹ eleutheropoleos: iosacius armenie maioris: titus bostrensis: pelagius laodicie: arabianus adrē sis piso: adadenu sper lamirionē pbrm: zabinian⁹ zeumatis; athanasius ancyre per orsitum et eatium pbros: hyrene⁹ gaze piso augusta patricius palti per lamirionē pbrm. Anatholi⁹ berothes: theotimus aramenus: lucianus arcenus. Hunc itaqz libellum i collectiōe synodalium sabini cōscriptum inuenimus. Verum imperator propositū hunc habebat vt blandimentis et suasione verborum discordantium contentiones abscideret dicens. nulli quidem se quōcunqz credentium fore molestū: eos tñ diligere et nimis honorare qui pricipium ecclesiastice vnitati preberent. Qr vero hoc egerit et themistius phs ait in laude quam i eius protulit cōsulatu vbi mirabatur imperatorē quod pmiserit vnumquēqz colere sicut vellet/ atqz deuicerit blādientium mores quos valde deridens ait manifestare purpuram.

Sosomenus. B Igit imperator tunc etiam secūdo nomine prefecturam gubernanti p torianam legem dedit vt capitali sententia plecterentur q̄ sacram virginem nuptiali thoro violare presumeret et vel impudico aspectu respiceret. non dicam abripere forte tentaret. Quam legem i deo posuit eo quod iuliani tēporibus quidam huiusmodi virgines vxores ducere psumpserūt.

Sosomenus.
Capitulum. v.

Inter hec athanasius alexādrie sedis episcopus: cum paucis suorum cōicato concilio necessarium iudicauit vt christianus videret imperatorem. Veniensqz antiochiam pncipē de quib⁹ oportebat edocuit. Quidam aiunt qr eum ipse magis euocauerit imperator: vt que necessaria p religione et recta fide videbantur exponeret. disponensqz vt decebat causas ecclesie de reuersione cogitabat. Verum euzoius arriane secte anthiochene ciuitatis eps: studebat vt pbatianus quidam eunuchus in alexandria vrbe ordinaretur episcopus. Cūqz hoc agerctur: lucius alexandrinus

a georgio presbiter ordiat⁹ adijt imperatorem: et maledicēs athanasio quasi temporibus epatus sui fuisset inscriptus: et plurima exilia pcedentibus sustinuiss3 imperatoribus: essentq3 circa sacra per eū causa discordie. supplicabat insuper vt alter in alexandrina ciuitate ordīaretur episcop⁹. Uerum imperator sciens quante athanasio inimicorum insidie puenissent: derogatione hmōi nō respexit. sed lucium quidē3 cum multa interminatione tacere iussit. Probatiū vero eiusq3 seqces eunuchos auctores hmōi scelēr atq3 turbarum castigandos esse pcepit. Petro athanasium amicum sibi maximum factum destinauit in egyptum: vt sicut ei videretur causas eccl̄iarum pp̄losq3 disponeret. Fertur enim quia eū p maxima virtute conuersatiōis sapientieq3 laudauerit. Aiunt q̄dam anteq3 sub constantio imperatore arriani tenerent ecclesias somniū vidisse anthonium monachum quasi burdones altare sacrum calcibus euertissent: exper rectūq3 dixisse ab adulterij τ permixtis hoīb⁹ ecclesia calcaretur. Que non fuisse mendacia: posterior mōstrauit euēt⁹. ¶ Socra.

¶ Capitulum sextum.

Tunc igitur imperator impetum retinēs hereticorum discessit ab anthiochia et venit ad tharsum cilicie: ibiq3 corpus iuliani sepeliuit. Et dum cuncta solennia funeri eius exhibuisset consul ē designatus. Dumq3 cōstantinopolim festinaret venit ad prediū nomine dadastam inter galatiam τ bithiniam quo philosophus themestius cum alijs senatorib⁹ occurrens: consularem recitauit orationem. Feliciter tunc agi potuerant res romane publice: τ simul ecclesiastice sub principe benigno disposite: nisi repētina mors mortalem virum ab hominibus abstulisset. In predicto nāq3 predio hyemis tempore infraxis lāguore constrictus est mortuus: consulatu suo et baroniani filij: septimadecima die februarij mensis qui regnauit mensibus septē vixit annis trigintatribus.

¶ Sosomenus.

¶ Capitulum. vij.

Cumq3 in niceā bithinie venisset exercitus: valentinianum ordinauit imperatorem: virum optimum et apice principali dignissimum. ¶ Socrates.

¶ Ualentinianus igitur ordinat vicesimaquīta die eiusdem februarij mensis: pannonius genere/ de scibala ciuitate: Cui tunc erat militum cura commissa: quoniā3 probatissime militarem nouerat disciplinam. Fuit etiam vir magnanimus et semper presenti fortuna melior apparebat.

¶ Theodoric⁹. ¶ Is ei n̄ mō fortitudīe: sed ēt prudentia tēperan

tia atq; iusticia: et corporis magnitudine prefulgebat. Sic eni fuit regalis pariter et vrbanus vt dum exercitus tentasset ei alium sociare consortem: ille responderit. Quod cantatur ab omnibus vestrum inquit fuit: o milites imperatore non existente michi pare regimen imperij. Uerum vbi hoc ego suscepi: meũ iam et non vestrum est de rebus cogitare cõmunib⁹. Cuius verba mirati milites eius secuti sunt voluntatẽ. At ille fratrem de penia vocans quod non debuit socium fecit imperij. Socrates.

¶ Post trigĩta dies auspicij sui. ¶ Theodoricus. ¶ Cui asie sceptra contradens pariter et egipti europam sibi distribuit. Et veniens ad hesperiam omnes illico docuit equitatem a predicationibus pietatis incipiens.

¶ Capitulum octauum.

Aurentio nanq; defuncto qui mediolanẽsem presulatum tenuerat: multisq; fuerat concilijs abdicatus: reuocans epos hmõi apud eos verba locut⁹ est. Nostis aperte eruditi quippe diuis eloq̃s qualem oporteat esse pontificẽ et quia non decet cũ verbo solum sed etiã conuersatione gubernare subiectos et totius semetipsũ imitatorem virtutis ostendere: testemq; doctrine conuersationem bonam habere. Talem itaq; ĩ põtificali constituite sede: cui 7 nos qui gubernamus imperiũ; since re nr̃a capita sũmittamus et ei⁹ monita dũ tanq̃ homines deliq̃rimus necessario velud curantis medicamenta suscipiam⁹. Hec cũ dixisset imperator: petijt synodus vt magis ipse decerneret sapiens et pius existens. At ille: supervos est inquit talis electio. Uos eni gratia diuina potiti 7 illo splendore fulgentes: meli⁹ poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de epali sede tractabant. Uer ciuitatis habitatores vt Bassolet tumult⁹ faciebãt: alij hũc: alij illum ordinare petẽtes. Qui eni erãt de arriani auxencij secta similẽ sibi fieri concertabãt. Rursũ ortodoxi sui dogmati nitebãt. habere epm. Hãc seditionẽ abrosi⁹ cui tũc p̃sidalis fuerat cura cõmissa cognoscens / et metuens ne quid turbe consurgeret ad ecclesiã festinus accessit. At illi cessante seditione ꝯmunẽ ẽderunt vocẽ petentes vt pastor gregis ordinaretur ãbrosius qui nondũ fuerat baptisatus. Hoc ĩperator agnoscens: repente iussit et baptisari 7 tanq̃ dignum virum ordinari põtificẽ. Nouerat eni eius certiorẽ oim possidere voluntatẽ: 7 totius regule decreta subtiliora arbitratus etiam diuinũ in eo esse decretum dum in eius electione etiam pars contraria consonaret. Is ergo sacri baptismatis dono potitus gratiã quoq; simul suscepit epatus. Quo facto hunc hymnũ optimus imperator saluatori et

domino obtulisse fertur. His qui pe que gerebatur intererat. Gratias inquit ago tibi domine ops et saluator noster quoniā huic viro ego quidem cōmisi corpora. Tu autē animas et meā electionem ostendisti tue iusticie conuenire. Tuncq̧ et post paucos dies sanctus ābrosius cum multa fiducia apud imperatorem quereretur: quia male a iudicibus agebatur: tunc imperator ait. Hanc inquit confidentiam tuā dudum noui et aperte probans nō solū non restiti sed etiam in electionem ordinationis tue socius fui. Festina itaq̧ sanare sicut diuina lege precipitur aīarum delicta nostrarum. Hec igitur īperator mediolani et dixit et fecit. Cognoscens autē quosdam D in asia et phrigia de diuinis dubitare dogmatib⁹: in illirico quidem precepit synodum celebrari et que de illis decreta atq̧ firmata sunt dubitantibus destinauit. Porro qui illic cōuenerant decreuerūt fidem expositam in nicena vrbe seruandam. Scripsit aūt et ipse socium adhibens in suis litteris fratrem: qui nus in his que placuerant duraretur. Nunc ergo etiā legē ipsam ponere necessarium est q aperte et eius pietatē pdicat: et valentis tunc sinceritatem sine dubitatiōe demonstrat. Capitulum.ix.

Imperatores maximi pii victores augusti valentinianus valens: et gratianus: episcopis diocesco asiē phrigie: carophrigie: pagaciane in domino salutem. Tanto cōcilio in illirico celebrato: et subtiliter habita questione de salutari verbo ostēderunt ter beati pontifices trinitatē consubstantialem patris et filii et spūssācti. Quam nequaq̧ declinantes iuxta ministeria religiōis magni regis exercent. Hanc ergo predicari decreuit nostra quoq̧ potentia: ita tamen vt non dicant aliq̄: sequimur religionem imperatoris hanc patriam gubernantis et non illi potius obedientes q̄ nobis salutis mandata contradidit. Euangelium nanq̧ christi sic habet. Reddite que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Quid ergo dicitis vos epī et presules salutaris verbi: si ita se habz vestra pbatio diligentes alterutros impiali abuti dignitate: Quiescite et nolite persequi eos q̄ deo pfecte ministrāt: quor oronib⁹ et terrena bella sedāt: et recedētiū a deo āgelor repellūt īcursus: q̧ oēs demones corruptores pcum assiduitate confūdūt: tributa fm leges īferre nō respuūt: ptātiq̧ regie nō resistūt: sed sincera voluntate et superni dei mādata custodiunt: et nostris legibus subiugantur. Vos autem inobedientes esse monstramini: et nos quidem subiicimur ei qui primus est et nouissimus: vos autem vobismet arrogatis. Nos itaq̧ puros nosipsos a vobis esse desidera

mus. Et sicut pilatus in examinatione nostri christi: cũ nollet eum permittere conuersusq; ad orientem et petens aquam diluit manus suas dicens. Innocẽs ego sũ a sanguine huius iusti: sic etiam nostra maiestas semper mandauit persecutionem non fieri: neq; fluctuationes inferri: nec inuidere laborantib⁹ in agro dominico: dispensatores magni regis expellere: vt non ad presens ⁊ sub imperio nostro crescere videamini: et postea testamentũ domini subdere passioni sicut i sanguine zacharie. Sed illi post aduentũ superni regis nostri christi iesu disrupti sunt: contraditi morti cũ adiutore suo demone corruptore. Hoc precepimus in megecio: ⁊ cicero nio: et damaso: et lãpone et brunisio qui auditores fuerunt. Sed etiã ipsa vobis gesta direximus quatenus agnoscatis ea que i eximio sunt cõcilio celebrata. His ergo litteris subdidit etiam dogma concilij: hec iũnati habẽtia. Profitemur sequentes magnum orthodoxorũq; conciliũ cõsubstãtialẽ esse patri filiũ: et non sic itelligimus consubstantialẽ sicuti dudũ qdã exposuerunt non vere subscribentes et nunc alij illos vocãtes patres: virtutẽ sermonis respuunt et sequũtur eos qui per cõsubstantialitatem similitudinem significatam esse conscripserunt: eo q nulli reliquarum creaturarum per eum factarum similis sit filius / nisi tantummodo patri. Sed qui hec exponunt creaturã pcipuã dei filiũ ipie dogmatisãt. Nos itaq; sapimus: sicut etiã cõcilia nuper rome et gallijs celebrata: vnam esse eandẽq; substãtiam patris et filij et spiritussãcti: in tribus personis quod est in tribus perfectis subsistentijs. Confitemur autẽ secundũ nicenã expositionem et incarnatum filiũ dei consubstantialẽ ex virgine sancta maria: et in hominibus habitasse: et complesse dispositionẽ p nobis omnem in natiuitate et passione et resurrectione ⁊ in celos ascensione et iterum venturũ vt reddat nobis similitudinem diuinaz a semetipso deo existentem carnigerum et hominẽ deiferuz. His ergo que predicta sunt cõtraria sapientes anathematisamus: et eos simul qui nõ vere anathematisant eum qui dixit anteq̃ nascerentur nõ fuit filius sed scripsit q: et anteq̃ opere nasceretur virtute erat in patre. Hoc enim et i oibus creaturis est: que non sẽper existunt sicuti deus. Filius enim semper cuz patre est sempiterna natiuitate progenitus. Hec igitur imperator summatim significauit. Ego vero etiam ipsas concilij litteras ponendas existimo.

¶ Capitulum decimum.

Episcopi Illirici. Episcopis ecclesiarũ dei diocescos asiane: phrigie: carophrigie: pagatiane:

in domino salutē. Conuenientibus nobis in vnū et habita maxima questiōe de salutari verbo probauimus consubstantialē eē trinitatē patris et filij et spiritus sancti. Quamobrem iustum fuit vobis litteras destinare: nō quibusdam argumentationibus religionē trinitatis scribētes: sed i humilitate rogantes. has nr̄as lr̄as destinauim⁹ per dilcissimū fratrē nostrū helpidiū p̄sbyterū In p̄tib⁹ itaq3 nr̄is litterisqua si illud refertur quod in salutari nostri iesu xp̄i libris scriptū est. Ego quidē sum pauli ego autem apollo ego vero cephe. Nunqd paulus crucifixus est pro vobis aut in nomine pauli baptisati estis? Et hec quidem sufficiebant humilitati nostre: etiam si non vobis vniuersales litteras mitteremus: propter tantum timorem quem ibi predicatis cuncte vestre prouincie a patre et filio et spiritum sanctum diuidentes. Quamobrem necessarium habuimus ad vos destinare dominum nostrum ⁊ cōministrum helpidium a regio p̄ricipatu romanorum has litteras deferentem: vt si forte talis est predicatio vestra cognoscat: qm̄ qui cōsubstantialē trinitatē nō p̄dicant anathema sint. Et si quis his nō cōmunicās īuenitur / anathema sit. His aūt qui consubstantialē p̄dicant trinitatē p̄parata sūt regna celorū. Rogam⁹ ꝙ vos fratres vt non aliud doceatis: non aliud innouetis: sed consubstantialē semper vbiq3 predicantes trinitatem possidebitis regnum dei. Ob hoc scribentes et cōmemorantes: has litteras destinauimus. De episcopis autem constituendis vel comminiitris iam constitutis si permanserint vsq3 ad finem sani / bene: alioquin ex ipso presbyterio repellantur. Similiter presbyteros atq3 dyaconos in sacerdotali ordine diffinimus: vt sint irreprehensibiles vndiq3 et a curia et ab officio militari. Propterea ergo hoc noluimus pluribus verbis scribere: eo ꝙ direxerimus vnum ex oībus dominum nostrum et cōministrum helpidium: studiose predicationem vestrā cogniturum si ita se habet sicut audiuim⁹ a domino nr̄o et consacerdote eustachio. De cetero licet aliquando in errore fueritis deponentes veterē hominē īduimini nouo. Nā et ipse frater et ministerr helpidius docebit vos veram predicare fidem: q2 sancta trinitas ꝯsubstātialis deo ⁊ patri / ⁊ filio cū spiri ritu sancto sanctificata: glorificata: manifestata est: pater in filio filius in patre: cum sancto spiritu in secula. Hoc itaq3 declarato aperte poterimus sanctam trinitatem confiteri cōsubstantialem esse secundum fidem olim in nicea expositam: quā patres cōfirmauerunt. Qua fide predicata poterimus erroneum demonem declinare. Quo extincto: pacifi

cos nosmetipsos litteris degētes ī pace salutabimus. Scripsim⁹ itaq vobis vt noueritis arrianos esse condemnatos: nolentes cō fiteri ex patris substantia filium ꝛ spiritum sanctum: quorum no mina sunt subiecta. Polyeroni us: telamatus faustus: asclipia dis: amantius: cleopater. Hec ergo ita se habent in gloria pa tris et filij et spiritus sancti in se cula seculorū amen. Ualere vos optamus patri et filio saluatori christo cum sācto spiritu multis annorꝫ curriculis. ¶ Ca. xi. A

Amosissimus igitur imperator tāq̄ a postolicis dogmatibus sollicitudinem perhibebat. Inte rea syrus quidam et genere ꝛ li gua pariter audens nomine illo tēpore fuit dogmata noua repe riens. Qui dudum quidem ma lignos habere conceptus inci piens: tunc manifest⁹ apparuit. Prius nanq fatue intelligens quod scriptum est. Faciam⁹ ho minem ad imaginem ꝛ similitu dinem nostram humanā formaꝫ putauit habere diuinitatē: ꝛ cor poris partibus esse distantiam: diuine scripture nequaq̄ sensum respiciens: que sepe diuinis ope rationibus humanorum mem brorꝫ nomina circumponit: quo niam qui facile subtiliora intelli gere nequeūt: p hec dei ꝓuiden tiā magis agnoscūt. Adiecit au tem huic impietati et alia his vi cina. Ex vesania nanqꝫ manetis aspersus: neqꝫ ignis / neqꝫ tene brarū deum asseruit creatorem. Sed hec quidē et quecunqꝫ his similia celant manetis vesanie ꝑ ticipes: vt iste predicabat ab ec clesia segregati sunt: quia quidā maledictum asserunt partum: q dam vero cū mulieribus non lō ge cohabitantes cōtra legem vi uunt: et propterea dicunt remo tius esse viuendum celātes dog matū blasphemiā. Est tamen eis habitatio arrogātie plena ꝛ fari sayce propago doctrine. Nam il li animarū et corporū medicum accusabant in templo dicētes a postolis: vt qd cum publicanis et peccatoribus manducat ma gister vester? Et per prophetam de talibus dicit deus. Qui dicūt mund⁹ sum: noli me tangere: isti fumus erūt in furore meo ignis ardens tota die. Sed horꝫ stulti ciā redarguere presentis tempo ris non ē: quapropter ad narra tionem reliquam procedamus. ¶ Ea tempestate messalianorū quos orātes appellant / heresis est exorta. Uocantur autem et a lia appellatione eutisyaste idest sacrificatores. Isti enim cuius dam demonis operationem ex pectant: et hanc sancti spiritus presentiam arbitrantur. Qui ve ro integro hui⁹ rei languore pti cipant: aduersant opatōem ma nuū qsi malignā: somnoqꝫ semet ipsos indulgent: et iniqtatū fāta sias prophetias appellant. Ho-

ius heresis fuerunt principes: dadosius et sebas: et adelsilius: hermas: et symeonis et alii qui ab ecclesiastica quidem nequaq̄ communione recesserunt dicentes diuinū cibum nichil nec prodesse nec ledere. De quo domin⁹ dixit christus. Qui comedit carnem meā et bibit sanguinē meū viuit ineternū. Cunq̄ voluerint hunc celare languorem etiā conuincti impudenter negant: et hec alios sapiētes que ipsi animo retinent prorsus abdicāt. Litonis itaq̄ presul meliciensis ecclesie diuino zelo decenter ornatus: videns eo q̄ hic lāguor multa monasteria magis autē latronū vt ita dixerim spelūcas inuaderet easincendit et luposab ouibus segregauit Similiter etiā philocius famosissimus lichaonensis antistes: dū hec pestis illic cresceret: eam valde cōpressit et omnes que tali contagione vexabantur eripuit. Porro flauianus vbiq̄ laudabilis presul āthiochenus audiens hos in edissa degere. et venenum proprium vrbibus vicinis aspergere: turbā dirigens monachorum deduxit ad āthiochiā: et negantes eam pestē hoc modo redarguit. Accusatores itaq̄ dixit calumniosos eē: testes vero mendaces. Adelipium autem valde senem cum mansuetudine vocans et iuxta se sedere p̄cipiēs ait. Nos o senior qui iam magnā partē vite transiuim⁹ humanamq̄ didicim⁹ valde naturam: et aduersariorum demoniorum machinamēta cognouim⁹ ipso experimēto gratie ministrationes edocti sum⁹. Isti vero cū sint iuuenes nichil horum perfectius agnoscentes: spiritalia audire verba non portant: quapropter dicito michi quomodo credis spiritū contrariū recedere et gratia sancti spiritus aduenire? His verbis senex ille multatus omne venenū quod celabat euomuit atq̄ dixit. Nullam quidē vtilitatem ex sancto baptismate baptisatis accedere: sed solā studiosam orationem inhabitantem demonem effugare dicebat. Insuper vnunquenq̄ nascentium a progenitore suo sicuti naturā: etiā sic demonū trahere famulatū. Et his expulsis per illā orationem studiosā sanctū spiritum aduenire et sēsibiliter ac visibiliter suā designare p̄ntiā atq̄ corpus passionib⁹ motus cuiuslibet eripere: et animā a mala voluntate penit⁹ liberare ita vt nequaq̄ de cetero egeat: neq̄ ieiunio macerante corpus: neq̄ doctrine refrenāte: et progredi disciplina libenter edocente. Nō solum autem qui hoc impetrauerit corporis indict exultationibus liberabatur sed aperte etiam futura prouidet et sanctam trinitatem oculis cernit. Hic itaq̄ flauianus fetidissimum fodiens fōtem: et eius pocula cunctis examināda p̄ducēs: ifelicissio ait senex vetustissime malorū dierū: increpa

uit te os tuũ: et non ego. labia ei tua testantur aduersũ te. Cunqȝ hic languor cunctis inotuisset: de syria quidem expulsi et ad pã philiam sũt progressi eamqȝ huiusmodi peste cõpleuerunt.

¶ Sosomen⁹ ¶ Capitulum. xij.

Igitur valentinianus cũ ita saperet sicut niceni patres A similia profitentibus proderat. Aliter vero sapientibus nõ erat ĩportunus. Qui dum ĩitio regni vrbe cõstantinopolitana ꝑ thracias properaret ad romã: tunc episcopi hellesponti bithinie: et q̃cunqȝ consubstantialem patrem ac filium predicabãt: legatũ miserunt hypationũ heraclie perichiĩ presulem: quatenus dignaretur ad emendationẽ dogmatĩ interesse. Is cũ audisset imperatorẽ et episcoporũ legationẽ intimasset: respondens valentinianus ait. Michi quidẽ cum minimus de populo sim: fas non est talia perscrutari. Verũ sacerdotes quibus hec cura est: apud semetipsos cõgregẽt vbi voluerint. Cũ hec itaqȝ respõdisset prĩceps in lampsacũ conuenerũt episcopi. Cunqȝ duos tractassent menses nouissime decreuerunt vt ea que constantinopolim gesta fuerant studio eudoxij et acacij vacuarentur. Similiter autem vt vacaret etiã expositio fidei quaȝ velut occidentalium episcopoꝝ proferentes quosdam subscribere in ea sub ea promissione fecerunt: quia quod fuerat constitutum de dissimilis substantie nomine penitus abdicarent: quod etiã sunt mentiti. Similem vero esse patri filiũ per substantiã asserebant dicentes necessariã similis abiectionẽ ꝓpter significationẽ substantiarũ. Fidẽ vero illã esse precipiendam per omnes ecclesiasque selentia fuerat promulgata: ⁊ exposita in dedicatione anthiochene probatur ecclesie. Depositis autem ab eis qui dissimilem patri filiũ asserebant sedes proprias recipi decreuerunt. Si quis autem eos accusare vellet: equo hec periculo facere sanciuerunt: iudices eẽ decernentes episcopos recte sapientes: et de vicinis prouincijs ĩ ecclesia conueniẽtes vbi testes essent singulorum qui dicerentur oppressi. Hec decernentes cum euocassent eudoxium ⁊ qui cum eo erãt locum eis penitentie tribuerunt. Quibus obedire nolẽtibus que fuerãt placita cũctis ecclesiis intimauerunt. H Cunqȝ crederent studere eudoxium vt vniuersa regalia sue partis faceret: et istis sine dubio derogaret. necessarium putauerũt vt precurrerent et que fuerãt lãpsaco gesta nunciarẽt. Remeãtẽ itaqȝ valẽtẽ ĩperatorẽ de trachia in heraclia adierũt. Fuerat enim cũ frẽ suo digress⁹ vsqȝ ad quedã locũ. Tũc ei eudoxi⁹ iã apd̃ p̃ncipẽ atqȝ ꝓceres p̃cipu⁹ habebat.

Adeũtib⁹ ergo legatis a lãpsaco missis iussit ipator ne semetipos ab eudoxio separẽt. Qui dũ resisterẽt τ de gestis cõstãtinopolitanis apud selentiũ conciliũ habitis aduersus eudoxium quererẽtur: commotus ad irã princeps illos quidem deputauit exilio ecclesias autẽ tradi iussit eudoxio.

¶Theodoric⁹

¶Capitulũ.xiiij.

Tempoꝛe quo valens suscepit imperiũ apostolicis dogmatib⁹ oꝛnabatur. Cum ergo gothi trãsissent histrum: et trachiam peragrarent collecta militia pugnare cogitabat aduersus eos. Cui placuit vt non nudus sacra gratia dimicaret: sed sãcti baptismatis munit⁹ armis: τ hoc quidem bene placuit et valde sapienter. Quod vero postea gessit magnã animi molliciem: τ pꝛoditionem significat veritatis. Ea nanq3 ĩfelix passus: que pꝛogenitoꝛ adam Coniugis enim est seductus allo quio et muliebrib⁹ verbis laqueatus: Illa nanq3 pꝛimitus arriane fallacie captionibus irretita: etiam istum secũ coꝛruere in blasphemie foueam persuasit. Cui⁹ seductionis auctoꝛ fuit eudoxi⁹ Is enim adhuc constantinopolitane gubernacula tenebat ecclesie non regens: sed suam potius mergens nauem. Tũc ergo in ipso baptismatĩ iureiurãdo miserrimum obligauit vt et in ipietate dogmatis permaneret: τ vndiq3 cõtrarios sapientes expelleret. Sic igitur ille doctrinã apostolicam derelinquẽs ɔtrarias partes sũpsit: τ post paululum q̃ iurauerat adimpleuit.

¶Sosomenus.

¶Capitulum.xiiij.

Interea venit ĩ eurocã metuebat enim ne foꝛte perse pacta sub iouiano triginta annoꝝ facta soluerent. Qui cũ nichil mouerent degebat in anthiochia. Quo tẽpoꝛe melecium quidẽ epm destinauit exilio. Paulino vero veritus eius vitã pepercit. Eos aũt qui eudoxio cõicare nolebant ecclesiis expulit: pecuniis condennauit: verberibus et aliis rebus afflixit. ¶Socrates. ¶Dicitur eni q2 etiam multos in oꝛõte flumine suffocasset.

¶Theodoꝛicus. ¶De samosateno aũt sanctũ eusebiũ expulit pelagiũ mirabilem pastoꝛem laodicensiũ vrbe pꝛiuauit: qui cum in iuuentute duxisset vxoꝛẽ ĩ ipso thalamo pꝛima die nuptiaꝝ spõse persuasit vt puritatẽ cõi voluptati pꝛeponeret: caritatẽq3 fraternam adipisci pꝛo copulis nuptialib⁹ erudiuit. ¶Socrates

¶Capitulum.xv.

Dum hec autem in syria fierent surrexit constantinopolim tirannus noie pꝛocopius: Qui paruo

tempore multam sibi militiã coaceruans festinabat aduersus imperatorem. Quod dũ nũciatum fuisset conturbatus valens paululum suũ impetum remoratur. Cunqȝ belli euẽtus interea parturiret: terremotus factus multas diruit ciuitates. Sed etiam mare terminos proprios immutauit et in quibusdam locis tanto potius influxit vt loca que pridem ambulari poterant rigarẽtur. Ab aliis vero locis tantum recessit vt arida tellus inueniretur. Hoc ergo factum est primo duorum principum consulatu.

¶ Socrates ¶ Sequenti autem anno graciani et dagalisi consulatu bella parabantur. Cũqȝ tirannus procopius de cõstãtinopoli digressus: castra mouere aduersꝰ imperatorẽ: audiẽs valens venit ab anthiochia ⁊ cũ eo congressus est circa ciuitatẽ phrigie natoliam. Et prima quidem pugna deuictus est. Post paululũ vero ꝓcopiũ cepit: tradẽtibus eũ agelone gomorioqȝ militibus. Quos etiã postea inopinatis quibusdã suppliciis iussit expendi. Despiciens enim iusiurãdũ quod eis prebuerat serris diuisos crudeliter interimit. Tirannus vero duabus vicinis arboribus flexis singulos ī eis pedes eius ligare fecit: que demisse aerem repetentes: procopiũ diuiserunt. Et hoc modo tyrannus interiit. ¶ Theodoretꝰ.

¶ Capitulum. xvi.

Eusebius interea samosatenus epus in thraciã exilio deportatꝰ/ apostolicis laboribꝰ desudabat. Is enim multa ecclesias desolatas pastoribus esse conspiciens habitu militari suscepto ⁊ camaleauco caput operiens. syriã peragrabat ⁊ phenicem pariter et palestinã pbr̄os ordinãs atqȝ dyaconos: aliaqȝ ecclesie replebat officia. Sicubi aũt inueniret sibi cõcordes epos: eos presules egentibus constituebat ecclesiis. Quãtã vero fortitudinẽ sapientiãqȝ mõstrauit īpialẽ suscipiẽs iussionẽ qua eum precipiebat in thraciis habitarī necessariũ arbitror nesciẽtes agnoscere. Venerat enim gerulus huius precceptionis circa vesperã. Quẽ eusebius silentium habere et aduentũ sui celare iussit dicẽs. Si cognouerit hec turba: sacri zeli amore flammata te quidem interimet. Ego aũt ꝓ tua morte apud deũ penas cogor exoluere. Cum hec dixisset vespertino consuete ministerio celebrato circa ipsa somni primordia vni famulorum secretum pandens solus egressus est senex. Sequebatur itaqȝ famulꝰ plumacium tantummodo et codicem gerens. Cunqȝ venisset ad eufratis fluminis ripam: iuxta ipsos muros ciuitatis expositam ascendit in nauem/ vt ad zeuma nauigaret: iussitqȝ nauti/ vt remigarent. Factoqȝ die ille quidem

peruenit ad zeumatis locum. Samosate vero gemitibus et lamentatione completi sunt. Nam cum ille seruis suis primisque iussa fuerant indicasset: et qui cum eo pergerent et quos codices detulisset: ingemiscebant vniuersi scilicet pastore priuati: fluuiusque nauigantibus atque sequentibus est impletus. Cumque venissent et desideratum pastorem cernerēt amplius eiulabant: ac suspirantes fundentesque lachrymarum fontes: eū retinere nitebantur ne in lupis eius oues incurrerēt. Quē dum flectere non valuissent audierūt eo legēte apostolicā legē: que aperte iubet nos principibus et potestatibus eē subiectos. Quo facto alij quidē ei obtulerūt aurum/alij argētū/alij vestes/alij famulos tanquam ad peregrināte extraneam properanti terram. At ille pauca quedam a valde notis accipiens/doctrinisque cunctos et orationibus suis armās: et pro apostolicis dogmatibus propugnare precipiens: ad histrum profectus est. Illi vero ad vrbem propriam remeantes et alterutros exhortātes: luporum circunspiciebant sapienter insidias. Nunc quod narrādus est horum fidei calor et puritas Puto ei me delinqre nisi per hāc relationē illi sēper memorabiles habeantur. Cū ergo arrianorum participes egregio pastore nudassent gregem: aliumque pro eo eunomium nomine fecissent epm nullus illic habitātium nō pauper/nō diues non famulus/non opifex/non agricola/nō ortolanus/non vir/non mulier/non iuuenis/non senex/ad ecclesiasticum accessit consuete collegium: solusque degebat episcopus. Tūc nullo eum neque vidente neque penitus appellante: licet feratur cum multa vixisse mansuetudine cuius rei hoc probatur iudiciū. Cū enim voluisset lauari et eius famuli balnei ianuas obserassent/volentesque ingredi prohiberēt ipse populum an ianuas vidēs: eas aperire precepit et libenter secum oēs lauachro participari. Hoc idem etiā in balnei solio fecit. Nā dū lauāti sibi quosdam viderz astare: iussit vt cū eo cōmuniter aq calida fruerētur: qui tacentes astabāt. At ille honorificā hoc fieri putans: velociter ascendens egressus est. Illi vero nequissime heresis immundicia etiam aquam iudicātes esse pollutam eam: repente cuniculorum egestionibus tradiderunt: et alterum fecerūt solium temperari. Quod ille cognoscēs relicta ciuitate discessit ūnicā habitare citatē: et horrorē hītē aduersum se cōe arbitratus obprobriū. Quo de samosati abeunte: luciū pro eo aperte lupū et ouibus iimicum cōstituerūt. Sz oues licz desolate pastore tamē que sūt pastoris operabant. Permaserūt ei doctrinā apl̄icā inuiolabiliter obseruātes. Quod ei etiā luciū oīs habuerit odio: alijs narratōibus explanabo. Adolescentes

in platea speram alterutris porrigentes lusu delectabâtur. Isto autem transeunte contigit vt spera cadens: per asini eius transiret pedes tunc pueri vehemêter eiulauerunt: arbitrati sperâ pollutione completâ. At ille hoc intelligens iussit alicui sequêtium vt sustineret: et quod gerebatur agnosceret. Pueri vero accêdêtes ignê: et speram iaculantes p mediam flamâ hoc modo eâ arbitrati sunt expiatam. Et hoc quidem esse noui iuuenile et consuetudinis antique reliquias. Verû tamê i iudicium est quo possit ostêdere quale odium circa arrianâ vesaniâ ciuitas habuerit vniuersa. Verum lucius mansuetudine non est imitatus eunomium: sed multos quidê sacerdotû fecit p iudices exilio deportari: eos precipue qui virtiliter p sacris dogmatibus dimicabant: vsqꝫ ad nouissimos romani fines iperij eulociû diaconû ministerio fuctus heremû orasi Anthiocû vero eusebij maxima generatione decoratum Erat enim consobrin⁹ ei⁹ et multis virtutibus chorusċans necnô sacerdotij dignitate fulgêtem i armenie terminos destinare iussit. Cuius opera p diuinis dogmatibus celebrata quis explanare sufficiat? Cû itaqꝫ vir sâctus eusebius post multa certamina innumerasqꝫ victorias etiâ coronâ martirij suscepisset, côuenit solenni modo prouincie synodus pariter et iouinianus perene tunc ciuitatis episcop⁹ q̄ pauco tempore arrianoꝝ fuerat côione maculatus. Cunqꝫ vniuersi âthiochû elegissent auûculo ꝓpo successorem: et ad sacrum perduxissent altare: ꝛ genua ad ordinationem ordinare compellerent: conuersus ꝛ videns iouinianum suo capiti dexterâ imponentem: manum eius repulit dicens non esse ferendâ dexterâ imponêtem que aliquando sacramenta blasphemijs celebrata susceperat. Sed hec quidem non post multû temporis euenerunt. Tunc ei in interiorem est vt dixi duct⁹ armeniam: qua tempestate vir sanctus eusebius: morabatur apud histrum: celtis trachiam deuastâtibus et obsidentibus ciuitates: sicut eius scripta commemorât.

Ca. xvij.

Barsini quoqꝫ cuius etiam nûc maxima gloria est non solû i edissa quam regebat vicinasqꝫ ꝓuincias: sed etiâ i phenice ꝛ egypto: necnô thebaida: quas gêtes cum maximo virtutis sue splendore transierat: primum quidem valês insulam aradi habitare p̄cepit Cunqꝫ cognouisset innumeros ad eum concurrere populorum: quia dum plenus esset gratia verbo egritudines effugabat in oxirinthum egipti vrbem cum exilio destinauit. Cûqꝫ ēt illic ei⁹ glia oês accêderet: i q̄ddâ castrû

nouissimũ barbaris vicinum cui
nomẽ est feno senex dignus cele
sti vrbe deductus est. Aiunt qui-
dam in arado hactenus consta-
re lectum eximia celebritate di-
gnum: multi enim ĩfirmantium
dum ĩ illo collocantur salutẽ fide
percipiunt. ¶ Sosomenus.

¶ Capitulũ.xviij.

IGitur impera-
tor extincto procopio fe-
licitate prouect⁹ denuo
contra christianos prelia cõmo-
uebat omnẽ religionẽ in arriano
dogmate cupiens concordare.
Precipue tñ eũ ad furorem pro
uocabat synodus ĩ lampsaco ce-
lebrata: non solum q2 arrianorũ
abdicarat epos: sed qm̃ promul-
gationẽ fidei crimine nõ anathe
matizauerat. Ueniens igitur ni
comediã bithinie cõuocauit eleu
siũ cizici: is enim sectã macedo-
niũ potius sequebatur sicut iã di-
xi et faciens concilium arriano-
rũ episcopo cogebat eleusiũ vt
in illorum dogmate consentiret.
Qui primũ quidẽ negauit. Po
stea vero cũ ei minaret exiliũ for
midat⁹ in arrianũ dogma consẽ-
sit. Quo perpetrato mox peniten-
tia tractus veniens cizicũ corã
omni populo de violentia quere
batur dicens consensũ violentia
nõ volũtate factũ. Et vt q̃rerent
sibimet aliũ epm hortabat: qm
ipe per necessitatẽ dogma propri
um denegasset. Porro cyziceni
propt amicitias cum alio episco
po subdi noluerũt: manserũt sub
eo non tñ a propria heresi pmu-
tati sunt. Hoc audiẽs cõstãtino-
politanus eps eunomiũ in cizico
ordinauit episcopũ tanq̃ qui pos
set populum calliditate verborũ
ad suum circũuenire consensum
Descẽdẽte siqdẽ eunomio sacris
preceptionibus expelli iubetur
eleusius: et in sede eunomi⁹ col-
locari Quo facto amatores eleu
sij extra vrbem oratorium fabri-
cãtes: collecta sibi faciebãt Hec
ergo de eleusio dicta sufficiant.
Nunc de eunomio referendũ est

¶ Capitulũ.xix.

EUnomius no-
tarius fuit ecij: qui sine
deo vocabatur cui⁹ me-
moriã fecim⁹. Cũ quo dum esset
modum eius sophisticum imita
tus est: et sermonibus quibusdã
vacans: faciẽs q3 sibi sophisina-
ta non sentiebat: ex his inflatus
q2 in blasphemias iciderct: quip
pe dogma zelatus arrij / multis
modis repugnans dogmatibus
veritatis. Paucum quidem edo
ctus et litteris sacris et eas ne-
q3 intelligere preualens: circa ve
ro frequenter occupabatur: eas-
q3 conuertens semper neq3 vale-
bat intentionis sue propositum
adimplere: sicut septem eius de-
monstrant thomi in quibus va
nissime laborauit: quos in episto
la apostoli ad romanos fecit. me
ta enim illic verba profundens

tentionem epistole nõ potuit inuenire. sunt alij eius similes libri quos qui legere voluerit eorum contemptum experimẽtis agnosset. Hunc igitur eunomium eudoxius in cizico fecit episcopum expellere nisus eleusium. Cumqȝ illuc venisset vtẽs more solito dyaletica quasi peregrinum aliquid auditoribus inferebat. Quãobrẽ cizici tumultus exortus est: cũqȝ vrbe pepulerunt: non ferentes eius verborum fastum. Qui cõstantinopolim veniẽs cum eudoxio morabatur episcopatu vacãs Sed ne detrahere videamur audi vocem ipsius eunomij que presumit contra deum sophisma tibus loqui Sic enim ait. Deus de substantia sua nichil nouit ãplius ꝙ nos: neqȝ est illi potius nobis autem agnita minus: sed quodcũqȝ de illa nouimus nos hoc modis omnibus etiam ille nouit. Quod autẽ rursꝰ ille hoc inuenientis immutabiliter in nobis Hec quidẽ aliaqȝ similia eunomius sophismata id est circũuentiones faciens: nõ sentiebat occumbere. Quomodo autẽ ab arrianis paulopost segregatus est proprio loco narrabimus

¶ Sosomenus. ¶ Capi. xx.

Vexabantur eni etiam constantinopoli habitantes: qui nicenũ dogma profitebantur: quos omnes imperator expelli ciuitate pcepit Nouacianorũ et ecclias claudi. aliorum vero hereticorum quos clauderet non inuenit. Dudum enim sub constantio principe probantur ablate. Sed etiam ageliũ nouatianorũ episcopum ecclesie constantinopolim constitute exilij deportatione damnauit. Dicebantur enim mirabiliter cõuersari secundum ecclesiasticas sanctiones cuius vita erat philosophica et pecuniarum possessione segregata. Quod etiam conuersationis eius qualitas ostendebat. Una enĩ tunica vtebatur et semper ambulabat excalciatꝰ Qui non longo post tempore vocatus est ecclesiasqȝ recepit. Cuius rei fuit auctor quidã marcianus: vita/ sciẽtiaqȝ mirabilis dudum quidem in regalibus militans. Tunc autem presbiter nouatianus artem grammaticam imperatoris filias edocebat anastasiam atqȝ carosam. Ex quarum nominibus hactenꝰ anastasiane et carosiane lauacra publica constantinopolim nuncupantur.

¶ Socrates.
¶ Capitulum. xxi.

Igitur imperator valens calcedonensis vrbis contra bizantium posite muros destrui iussit. Iurauerat ei hoc se facturũ tyranno victo ꝙ calcidonẽses fauore tyranni et turpes cõtumelias itulerũt: et portas clausere ciuitatis. Murꝰ aũt iussiõe destruebaẽ ipe

ratoris. et saxa ad edificium thermarū que constantiane vocatur constantinopolim vehebantur. Inter q̄ saxa vnum iuentum est: in quo responsum habebatur inscriptum olim quidē absconsum tunc quidem manifestum Significabat enim quia dum perueniret aquarū habundantia ciuitati: tunc murus quidem lauachro seruiret. Innumere vero barbarorum nationes romanorum finibus dicurrentes dum crudelia multa committerent: nouissime autem etiam ipse perirēt: post aliq̄tum itaq͡ tempus euenit: vt valens aqueductū edificaret: et habundantiam constantinopolim preberet aquarū. Tunc etiā barbare mote sunt nationes responsum etiam aliomodo contigit adipleri. Cum enim aqueduct⁹ i ciuitatem fuisset inductus: prefectus vrbis tunc clearchus nimpheum maximū edificauit ī platea que theodosii nunc vocatur: vbi aque affluentia est emissa: in q̄ maximā festiuitatē ciuitas habuit. Sed hoc responsū post paululum est impletū. Porro dum solueretur murus principem cōstantinopolitani rogauerūt vt a muri destructione cessaret Cum quib3 etiam supplicabāt possessores bithinie: nicomediēses: atq͡ niceni Aerū imperator furore plenus vix quidem supplicantiū suscepit preces volens tn̄ iusiurādum iplere murū destruebat eū q3 subinde minoribus lapidibus rursus edificabat. Quod nūc et in quibusdam muri partib⁹ inuenitur vbi maximis mirabilibus q3 lapidib⁹: vilis tunc fabrica supposita demōstrat. ¶ Socrates.

¶ Capitulū.xxii.

Hoc itaq3 tempore talia gerebantur. Sciendum tamē q3 bellum contra procopiū tirannū gestum est consulatu gratiani & dagalaifi circa terminū maij mēsis ¶ Post paululū vero tēpus eodem cōsulatu valentiniano principi in occidentis partibus cōstituto natus filius nomen referēs patris. verum gracian⁹ ante ei⁹ fuerat natus iperium: & sequenti cōsulatu lupicini & iouiniani grādinis multitudo in constantinopolitana vrbe scd̄a maij vel iunij mēsis die sacrorū gerēs similitudinē vehemēter effūditur Quod multi dicebant propter motū imperatoris accidere: q̄ plurimos sacerdotum exilio deportauerat eudoxio communicare fugiētes Post paululū vero tēp⁹ codē cōsulatu valentinian⁹ princeps ēt filium gracianū iperatorem constituit vicesima quarta die mēsis augusti. Sequēti vero consulatu valentiniani secundo: et valentis idē scd̄o terremotus circa bithiniā maxime niceā subuertit vrbē vndecimo die mensis octobris. Agebatur enim annus duodecimus post nicomedie casum. post paucū xo tps alio tremotu mul

te portis germanie ciuitates in hellesponto cõstitute: destructe sunt. Dis ergo ita prouenientibꝫ nulla reuerentia terruit: neqꝫ eudoxium arrianorum episcopum: neqꝫ valentem imperatorẽ. Non enim a persecutione cessabant. Porro terremotus: turbarũ ecclesiasticarum indicium esse videbatur. Cum ergo multi sacerdotum exilio portarentur: soli diuina prouidentia propter eminentem sui reuerentiam exilium nõ sunt passi basilius atqꝫ gregorius. Quorum alter quidẽ cesaree capadocie fuit episcopus. Gregorius autem nazianze ciuitatis omnino vilissime que est posita vicina cesarie. De basilio atqꝫ gregorio precedenti sermone narrabimus.

Capitulũ.xxiii.

Cumqꝫ igitur eo tempore consubstantialitatis dogma profitentes vehementer affligerent: rursus persecutores contra macedonianos insurrexerunt. Qui terrore magis violentiaqꝫ constricti per singulas ciuitates legationibus fungebãtur apud alterutros iudicantes vt per necessitatẽ confugere deberent ad fratrẽ imperatoris et ad liberiũ romane vrbis pontificẽ cuius fidẽ ãplectebantur potius quam ad cõionem eudoxii. Miserũt ergo eustachiũ sebastie q fuerat epe depositus: siluanũ tharso cilicie atqꝫ theophilũ mandantes ne declinarẽt fidei cũ liberium sed romane communicarẽt ecclesie: et fidem de consubstãtialitate roborarent. Hi siquidẽ cũ litteris in selentia depositis italiam peruenerunt: et imperatorem quidẽ videre non potuerunt. Erat enim occupatus i galliis et contra sauromatas dimicabat. Liberio tñ epistolas obtulerunt qui eos suscipere nullatenus voluit: dicens eos arrianos esse: nec ab ecclesia suscipi posse qui nicenam non susciperent fidem. At illi responderunt per penitẽtiam se cognouisse veritatẽ et dudũ abnegasse dissimilitudinis fidẽ: et similem professos per oĩa filiũ patri: nichilqꝫ differre a consubstantiali per oĩa dissimilẽ. Hec dicentes exigit liberius scriptã sue sententie dare professionẽ. At illi libellũ porrexerunt in quo etiam proposuert verba fidei niceni cõcilii. Epistolas antẽ ab smirna in asia constituta et pisida ysaurie: atqꝫ pamphilia necnon licea factas: hic ꝓpter multiloquiũ non conscripsi verba vero libelli ab eustachio reliquis liberio dati hec esse noscuntur.

Capitulũ.xxiiii.

Domino fratri et consacerdoti liberio eustachius theophilus et siluanus in domino salutem. Propter hereticorum vesanas suspitiones qui non cessãt catholicis ecclesiis scandala generare et ea grã oẽꝫ occasionẽ eoꝝ primẽ

tes profitemur synodum lampsa co celebratam et smirna aliisq; diuersis locis orthodoxorum episcoporum. Pro qua synodo legatione fungentes apud tuã paternitatem: et vniuersos ytalic cunctosq; occidentis episcopos litteras deportam⁹ catholicam fidẽ tenere atq; seruare: que in sacto niceno concilio sub beate memorie constantino a trecentis decẽ et octo episcopis confirmatam pfecto et immobili statu hactenus et inperpetuum permanebit: in qua substantialitas sancta pieq; diffinita est contra arrũ prauitatem. Similiterq; nos cum predictis eandem tenuisse atq; tenere et vsq; ad terminuz custodire manu ppria profitemur: cõdẽnãtes arrium impiamq; doctrinam ei⁹ cum discipulis suis: eiq; similia sapientib⁹ necnõ oẽm heresim sabellianos: patripassianos: marcionistas: fotiniãos: marcellianos simul etiam paulosamosatenos: eorumq; doctrinam: oẽsq; his similia sapientes et vniuersas hereses sancte fidei predicte contrari asque pie catholice que est in nicena a sanctis patribus explanata. Anathematisantes precipue explanationẽ lectam i ariminen concilio: tanq̃ ptriam pdicte fidei sancti concilij in nicena vrbe celebrati cuius lectione pbata in vrbe tracie nicee: dolo atq; periurio capti: constantinopolim subscripserunt. Est autem fides nostra et eorum pro quibus legatione funguntur hec. Credimus in vnum deũ patrẽ oĩpotentem oim visibiliũ inuisibiliũq; factorem: et in vnũ vnigenitũ deum dñm iesũ xpm filiũ dei natũ ex patre: hoc ẽ ex substãtia patris deũ ex deo lumen ex lumine deum verũ ex deo vero natũ non factum consubstãtialẽ patri per quẽ oia facta sunt que in celo et que in terra. qui pter nos hoies et ppt nostrã salutem descendit: et incarnatus ẽ et homo factus passus: et resurrexit tercia die ascendit ad celos et vẽturus est iudicare viuos et mortuos. Et in spiritũ sanctum. Eos autem qui dicunt fuit quando nõ fuit et anteq̃ nasceretur nõ fuit. Et quia ex non existẽtibus fact⁹ est aut ex altera essentia vel substantia dicentes esse aut conuertibilem aut mutabilez filium dei anathematisat catholica et apl'ica eccl'ia. Eustachius epus sebastie ciuitatis: et theophilus et siluanus legati conciliorum lampsaci smirne et reliquorum hanc pfessionem mãibus nostris et ppria voluntate subscripsimus. Si qs autem propter expositam a nobis fidem contra nos vl' eos a quib⁹ directi sumus aliquod crimen inferre voluerit cum litteris ad nos tue sanctitatis ad quos probaueris orthodoxos episcopos dirigere et apud eos nobiscũ causam dicant. Et si quid criminis fuerit approbatum in auctore proculdubio vindicetur. Hoc itaq; libello legatarios obligãs liberi⁹

eos in communiõe suscepit. Qui buо dans huiusmodi litteras abire precepit.

Capitulum.xxv.

Dilectissimis fratribus et cõsacerdotib⁹ eustachio cyrillo: heperi cio: heroni: helpidio: maximo: eu sebio: eucarpio: et oz tasio: neoni eumathio: faustino: poelano pa: sinico arsenio: seuero: dydimioni britaio callicrati damabio: edesio eustachio: ambrosio: gelonio: pda lio: macedonio: paulo: marcello: heradio: alexãdro: adoio: martia no: schenclo: tobi: maceri: carisio siluano: photino: auth: ãthonio celso: eufranozi: melecio: patricio seueriano: eusebio: eumulpio: a: thanasio: dyaphanto: minodozo: diocli: chrisampelo: eugenio: eu: stachio. calligrati: arsenio: euge: nio: martyrio: ieratio: leõtio: phi lagrio: lucio: et vniuersis ozienta libus oztodoxis: liberius episco: pus et occidentales episcopi i do mino salutẽ. Optabile nobis pa: cis atq̃ concozdie gaudiũ vestre littere detulerunt: fidei lumĩe res plendentes. Fratres karissimi: oblate nobis per karissimos fra: tres et coepiscopos eustachium: siluanum: atq̃ theophilum: ma xime quia nostram iniam vestros q̃ sensus concozdare et consona re cum mea humilitate: et italis: atq̃ occidentalibus vniuersis q̃: firmauerunt atq̃ demonstrauerũt et hanc esse cognoscimus catho: licam et apostolicam fidem q̃ vsq̃ ad nicenum concilium integra i: mobilisq̃ seruata est et hanc ipsi retinere, pfessi sũt gaudioq̃ reple ti et omne vestigium ac nebulas inepte suspitionis abicientes: nõ solum sermone eam sed etiã scri: ptura currente pfessi sũt. Cuius exemplar his litteris subdere ne cessarium iudicamus ne vllam oc casionem hereticis ad exercẽdas insidias denuo relinquamus. q̃ bus iterum flammas ppzie mali cie commouentes: incendia dis: cozdiarum consuete resuscitent. Hec insuper sunt pfessi carissimi fratres nostri eustachius: siluа: nus: atq̃ theophilus vestram ca ritatẽ sẽper hanc fidem habuisse: et hanc vsq̃ ad terminũ custodi: re. i. in nicea vrbe a trecẽtis decẽ octo epis ozthodoxis approbatã que perfectam continet veritatẽ ⁊ os toti⁹ heretice multitudis ob: struit atq̃ dissoluit. Non ei spon: taneo motu: sed nutu diuino tan tozum episcopozum numer⁹ ag: gregatus est ɔ vesaniã arrij quan to numero beatus abzaham tan ta milia fide ɔ̃struxit. Que n̄des dum in substantia et nomine con substantialitatis cõtinetur velut quoddam munitissimum et inex pugnabile castrũ omnia iacula ⁊ molitiones arriane incredulitа: tis decenter euitat. Cum igit̃ om nes occidentales epi arimino cõ gregati quando eos arriano: rum collegit vesania: quadam suadẽte aut verius dicam mundana potẽ

tia:hoc quod cautius erat in fide põsitum auferre: aut oblique de= negare conati sunt. Tamen nihil eorum calliditas ꝓfuit. Nam pe ne omnes conuenientes arimio tūc terrore permoti atq; decepti:nisi resipiscentes ⁊ anathematisātes eosqui ibi conuenerunt: aut scri bentes catholice fidei que in nice na vrbe sancita est. Nobisq; cõmu nicantes feruentius ꝯ arrij dog= ma eiusq; discipulos inflamman tur. Cuius rei indicium etiā ipsi legati vestre ciuitatis agnoscen= tes vosipsos in sua subscriptione iunxerunt: anathematisantes ar rium et que ab eius sequacibus arimino gesta noscuntur contra fidem in nicena vrbe sancitam.

In quibus etiam vos capti periu rio subscripsistis. Unde ꝯsequēs nobis visum est scribere caritati vestre: et adiuuare iusta poscen= tes maxime quia per ꝓfessionem vestrorum legatorum resipientes o= rientales cum ortodoxis occidē= talibus concordare cognouim⁹: et significamus vt noueritis blas phemias ariminenses qui tunc vi debantur per surreptionem ma= culati: nunc anathematisatos et vniuersos ad nicenam respirasse fidem. Quod oportet per vos om nibus indicari: quatenus possint qui violenter lesi sunt aliquando ab hereticis tenebris ad diuinū lumē catholice libertatis accede re. Qui post hanc synodum nisi voluerit respuere venenū ꝑfidie ⁊ blasphemias arrij vniuersas abij= cere easq; anathematisare cogno scant se cum arrio eiusq; discipu= lis ceterisq; serpentibus siue sa bellianis vel partipassianis: aut cuiuslibet alterius heresis socios esse et cõione priuatos ab ecclesi astica synodo q̄ ad se filios adul= terij nõ admittit. Deus vos inco= lumes custodiat fres carissimi.

Has litteras eustachi⁹ ceteriq; percipientes rursus ad ciciliam deuenerunt: ibiq; facientes syno dum syculorū epõrum corā ipsis cõsubstantialitatis fidem sunt ꝓ fessi. Cumq; nicenam fidem robo rassent consonas ab eis quoq; ꝑ cipientes epl'as ad eos a quibus fuerant destinati reuersi sunt.

¶ Qui liberij pcepta suscipien= tes legationes mittebant per ci= uitates apud presules: et consub stantialitatē fidei predicabant in nitantes eos vt in tharsum cilicie pariter conuenirent: quaten⁹ ni= cenam roborantes fidem de cete ro soluerent oēm contentionem. Que fieri potuerunt nisi eudoxi us arriane religionis presul tūc apud imperatorem eminenoval de prohibuisset. Qui amplius ꝓ pter indictū iter adorsus ad thar sum accensusq; mala in eis potio ra commisit. Quia vero macedo niani per legatos quos miserat communicantes liberio: nicenaq; confirmauerunt fidem ipse sabi= nus in collectione synodaliū est professus.

¶ Capitulum.xxvi.

Circa hec itaq; tempora eunomius ab eudoxio separatus: seorsum agebat missas. Quoniã dum per se rogasset vt susciperetur preceptor eius ecius: eudoxius non audiuit. Hoc autem non ideo refutauit: quia sectam declinabat ecij: cum eam scilicet predicaret: sed quoniam omnes vnanimes illius eum secte alterius fatebantur. Ista ergo causa fuit vt ab eudoxio separaretur eunomi⁹: hec igitur constãtinopolim gerebãt

Capitulum. xxvij.

Deinde alexandria preceptum pfectoꝝ studio eudoxij destinatũ conturbauit ecclesiam. Uerum athanasi⁹ irrationabilez furorem populi metuens atq; timens ne malorum faciendoꝝ ipse causa esse videretur quattuor mensib⁹ semetipsum in sepulchro patris abscondit. Cunq; propter eius absẽtiam seditionem desiderio ipsius etiam populus excitasset: agnoscens imperator propter hoc alexandriã; esse turbatam: litteris intimauit vt athanasius licenter teneret ecclesias. Et hec fuit causa vt: vsq; ad athanasij mortem alexandrina nõ turbaretur ecclesia. Quia vero post eius mortem rursus arriani eas ecclesias inuaserunt: narrabo post pauca.

Sosomenus.

Capitulum. xxviij.

Illo siquidem tẽpore celebrabatur cõcilium in thianis ab eusebio episcopo cesarie cappadocie: athanasio ancyre: pelagio laodicie: zenone tharsi: paulo emeseno: ostresio meletinense: et gregorio nazanzeno: alijsq; multis qui verbum consubstantialitatis seruadũ eẽ apð ãthiochiã iouiniano imperante decreuerunt. Releguntur ibi liberij et occidentalium littere sacerdotum. Quã obrem gaudio repleti: scripserũt vniuersis ecclesijs vt legerent decreta epoꝝum apud asiã celebrata liberij et occidentaliũ litteras ytaloꝝ z; afrorum atq; gallicanorum necnon syculorum. Detulerant enim hoꝝ litteras legati de lampsaco destinati vt considerarent oim numerum sibi cõcordãtium. Plurima nanq; multitudo concilium arimineuse vincebat: pariterq; scripserunt vt in tharsum cilicie conuenirent certa die: et illi quidem hoc modo alterutrol inuitabant. Cunq; synodus pararetur in tharsum conuenientes in anthiochia carie: quasi. xxxiiij asiani pontifices studium quidẽ concordie ecclesiastice collaudabant. Consubstantialitatis vero nomẽ respuẽtes: fidẽ i ãthiochia et seleũcia pbatã roborare nitebãt tanq; luciani martyris extitem et multorum sudoribus a suis pgenitoribus approbatã. Uerũ ipator studio eudoxij synodũ i cicilia ce

lebrari ꝓhibuit. ¶ Socrates.
¶ Capitulū.xxix.

Igitur impera
tor valens festinans ad
anthiochiam de constā
tinopoli digressꝰ venit in nicome
diam: et illic hmōi causa moratꝰ
est. Eudoxius enim arriane reli
gionis mox post egressum impe
ratoris defūctꝰ est consulatu va
lentiniani et valentis tertio: cū
vndecim annis sedem cōstanti=
nopolitane tenuissꝫ ecclie. Qua
obrem arriani in locū eius ordi=
nauerunt dimophilum. Verum
predicatores consubstantialita,
tis oportunum iudicantes inue
nisse se tempus euagriū quendā
sue fidei constituerunt episcopū
Quē ordinauit eustachius dudū
anthiochenꝰ episcopus: qui pri
us quidē a iouiniano fuerat exi=
lio reuocatus: tunc autē aderat
in vrbe constantinopoli latenter
degens: vt consubstantialitatis
predicatores sua presentia robo
raret. Hoc facto ex alio rursꝰ in
itio persecutionem arriani moue
bant Hec gesta dum peruenissēt
ad principē metuēs ne seditione
ciuitas turbaretur: militarē ma
nū a nicomedia cōstātinopoli de
stinauit pcipiēs vt teneret̄ ⁊ ordia
tor et ordinatꝰ ⁊ alꝰ alibi mittere
tur ī exiliū. Eustachius igit̄ in bi
ia trachie ciuitate mitti: euagri=
us in locū aliū destinat̄. His ita
gestis arriani āplꝰ efferati vera
ꝺatvēhemēt̄ orthodoxos cedētes
ꝯtūelijs affligētes carcerībꝰ fela
dentes. pecunijsqꝫ sepe damnifi=
cantes: et omnia contra eos fa=
cientes importabilr̄. Que dum
illi ferre nō possent: ad supplicā
dum principē veiebant ⁊ si qui mō
mererentur violentias euitare.
Sed hoc cogitantes valde fru=
strati sunt ab iniusto se arbitra=
ti iustitiā promereri. Cunqꝫ viri
electi ex ecclesiastico collegio o=
ctaginta numero: qbus preerāt
vrbasꝰ: theodorus: ⁊ menedemꝰ
in nicomediā puenissēt: pces ob=
tulerunt ipatori violentiā ꝓcla=
mātes et ea que videbant̄ esse ꝓ=
pessi. ¶ Theodoricus.
¶ Capitulum.xxx.

Indignatus i=
gitur īperator ad pñs
celauit iram: latēter au
tē modesto prefecto precepit vt
eos cōprehensos occideret. Mo
dꝰ aūt mortis erat quodāmō pe
grinus. Quapropter memorie
cōtraditus. Metuēs eni pfectus
ne seditio nasceret̄ i ppro si eos
apte perimeret: simulauit se eos
viros exilio destinare. Illis au=
tē sīpliciter acquiescētibꝰ: iussit
eos pfectꝰ mitti ī nauē qsi exilio
deuehēdos pcipiēs nautis vt cū
ad mare mediū puenirent eos di=
mergerēt ⁊ hoc mō morerent̄. Quo
facto pductis eis in mediū sinū
q̄ vocatur astacenus qđ iusserat
pfectꝰ ⁊ iperator impletū est: et ī
alia sequenti nauicula transeun
tes concremauerunt nauem.

Contigit autem ventum flare nimie subsolanum: et ita nauis velociter est accensa. Cuius relique peruenerunt ad locum qui daci diza nũcupatur: vbi ad plenum cum viris religiosis absũpte sũt. Quod tñ aiunt non sine vltione transisse. Fames namq; repente secuta est circa frigias gentes: ita vt necessitate haberent habitatores patriam relinquere: et ad constantinopolim diuersasq; prouincias properare.

Sosomenus.

Capitulum. xxxi.

Valens itaq; nicomedia relicta pergebat ad anthiochiã. Interea dum venisset ad cappadociam solite eius loci turbabat ecclesias: arrianis eas tradere volens. Quod se credebat cito perficere: eo q; pro quibusdam inimicis basilius eusebio qui tunc cesariensẽ regebat ecclesiam videbatur offensus: et abscedens i põtũ cum monachis habitabat ibi philosophãtibus. Porro populus et maxie nobiliũ ac sapientium eusebium in suspitione habebant quasi ipse fuiss; auctor fuge viri philosophi: vita verbo perfecti. Volebantq; eum deserere et apud semetipsos missarum celebrare solennia. Sed basilius quidem ne turba nasceret in populo per seditiões hereticorum agebat in ponto silentium cum suis epis qui sẽp adheserant illi. Contigit etiam circa eusebiũ vt odium populi nasceretur. Dũq; basilio fuisset nũciatum q; valẽs veniret in cappadociam: relicto ponto cesariam venit et pactis cũ eusebio celebratis: ecclesiam pro tempore suis adhortationib⁹ roborabat. Valens autẽ dũ suã intentionem non valuisset implere cũ epis secũ ambulantibus tunc abscessit.

Socrates.

Igitur imperator valens p̃fe uidens famis inuasionem venit ad anthiochiam syrie. Cumq; ibi moraretur nolentes arrianis cõsentire vastabat. vehementerq; cõsubstantialitatis p̃dicatorib⁹ imminebat: et quos dum ecclesiis pene omniũ ciuitatum orientalium expuliss; non ei suffecit: sed etiam diuersis eos suppliciis subdidit. Multosq; diuersa morte contraditos interemit: plurimos tamen vexabat in flumine.

Capitulum. xxxii.

Dicendum quoq; est quod in edissa mesopotamie gestũ esse dinoscitur. In hac vrbe est apostoli thome basilica: clara nimis pariter et ornata. In qua propter loci reuerentiam collecte sepius celebrantur. Quam volens imperator inspicere et agnoscens ibi omnes odiosos ibidem conuenire fertur manu percussisse p̃fectum cur ex inde orthodoxos nõ expulerit vniuersos. Cumq; p̃fectus iniuriam passus: inuitus

indignationi principis ministra re contenderet: non eni volebat tantis hominibus cedes inferre lutenter mandauit vt nullus in illa basilica remaneret. Sed nemo respexit/ neqȝ cōsilium neqȝ terrorem eiꝰ. Omnes altera die ad locū orationis pariter cōfluxerunt. Cunqȝ prefectus cū multa militū manu ad basilicam festinaret vt imperatoris perficeret iussionē/ quedam muliercula cum paupertate degens suū filium manu tractum cursu ad illam basilicam properans prefecti iterrupit officium. Indignatus vero prefectus mulierem sibi iussit adduci. Dixitqȝ ad eam. O infelix mulier quo sic indecēter curris? At illa vbi et alij inqt ire festinant. Tunc ille. Non audisti qȝ prefectus ille occisurus est vniuersos quoscunqȝ compererit? Et mulier. Audiui inquit. Ideoqȝ festino: vt illic inueniar inter eos. Et vbi hunc paruulū trahis infantem? Tunc mulier ait: vt et iste martirium suscipere mereatur. Hec cum audisset vir ille considerauit concurrētium voluntatem. Et mox recurrens ad pricipem suggessit ei eo qȝ essent omnes mortem pro sua fide suscipere ꝑparati: irrationabile dicens breui tempore tantos occidere. Quo dictū ab ira reuocauit iperatorem. Hoc ergo mō eius seui furorem imperatoris effugiunt. ¶ Theodoricus.

¶ Capitulum. xxxiiij

Et quidem cuȝ prefectꝰ imperatori dixisset populum quidem quod sustinebat non pertulit experiri. ¶ Verū igitur duces coꝝ idest presbiteros atqȝ dyaconos interrogari preceptū est: vt vnū e duobus eligerent. aut cōicare lupo/ aut vrbe pelli et in quibusdam extremis partibus destinari. Cunqꝫ cōgregasset vniuersos mitibus vtebatur verbis persuadere nitens: vt leges sequerent̄ īperatoris indiciū vesanie dicēs esse: vt tāto imperatori pauci homines resultarent. Cunqꝫ cuncti tacerent ad horum ducem eulogium virū valde laudandum prefectus ait. Cur non respondes his que dicūtur a nobis? At ille. Non inquit oportet nichil interrogatum respondere. Tunc prefectus. Multa itaqꝫ verba locutus sum. monēs vos que satis expediunt. Porro eulogius vniuersis hec dicta fuisse respondit et incōgruum esse vt solus altos despiciens responderet. Si vero me solum inquit iterrogas: meā declarabo sententiam. Prefectꝰ ait. Communica possidēti regnū At ille/ pacifice et nimis gratanter ait. Et michi regni quoqꝫ sacerdotiiqꝫ ꝯsortiū ē. Tūc prefectus irrisionē sentiēs seuiebat iniuriis cōtra senem vsus etiam hec adiecit. Non hoc locutus sū fulminande: sȝ qbus cōmunicat iperator cōicare vos monui. Cūqꝫ di

pisset senex pastorem se habere et illi⁹ nutibus obedire: octoginta eodē tempore comprehendēs destinauit in thraciam. Qui cū ducerentur plurimo pariter apparatu fruebantur. Ciuitates ei occurrebant et vici: deuictores athletas honorātes. Sz hostes armauit inuidia: vt īperatori diceret quia plurimum honorem viris illis qui contumeliā putabant afferret. Hec agnoscēs imperator iussit vt bini separarentur: et alios quidē in thracias: alios in extremā arabiam: alios vero in thebaide dispersit vrbes. Aiunt enī quia frēs quos natura iunxit crudelissimus corpore separauit. Porrō eulogiū presulē illoꝝ et protogenē qui post eū fuit in ātino vsqz trāsmisit. Quorū virtutem nō patior obliuioni contradere. Cū eni concordē viderent ciuitatis episcopū ecclesiasticoqꝫ collegio qui communi carent viderēt paucos esse ad ecclesias concurrebant De qua cōsulentes agnouerunt habitatores ciuitatis esse paganos. vnde volētes de eorū incredulitate lamentati: non tamen esse diu lugēdum arbitrati sunt: sed omni virtute de medicina curauerunt.

¶ Capitulum. xxxiiij.

Sacratissimus igitur eulogius in habitaculo suo redact⁹: tota die cūctaqz nocte oīm depcabatʒ deum Protogenis aūt valde dignissimus: eunomiū litteris eruditus ad scribendum velociter ꝑparatus: inueniens oportunum locū eumqꝫ sibi segregans ad docendū adolescentiū magister effectus est: quos et scribere velociter edocebat et diuina erudiebat eloqa. dictabat eis dauiticas melodias et apostolice doctrine congruas lectiones meditari ꝑcipiebat Cunqz vnus adolescentiū incidisset in egritudinē venit ad domū eius Et tenens egroti dexteram languorē orationibus effugauit Hoc agnoscētes aliorum parentes infātium deduxerunt eū ad domos suas et egrotis auxiliari deprecabātur At ille non ante se dixit deū vt expellerentur egritudines rogaturū nisi prius egroti sacri baptismatis munere potirentur. quod illi letanē adimpleuerunt Cogebat enim eos salutis desiderium: et sub vno anima corpusqz sanitate fruebantur. Siquando vero alicui suasisset vt sacram gratiam mereretur accipere ducebat eū ad eulogiū et cōcutiens ianuam rogabat vt aperiret ac signū dni cū ei qui fuerat renatus imponeret. Cunqꝫ ille difficilius aperiret ne interciderct orationem dicebat potius esse necessariam salutem errantium. Mirabantur igitur vniuersi videntes protogenem talia facere. Qui licz tantis lumen diuine cognitionis impertiret: tamen eulogio primatū per omnia reseruaret: vt eos

quos capiebat illi magis offerret vnde cōiiciebant multomagis virtutem illius eminere. Cū igitur luctuatio quieuisset trāquillitate facta remeare pceptos dexerunt omnes ingemiscentes et lachrimantes maxime vero ō sul ecclesie eorum primatus affectu. Cunqȝ ad propria remeasset sanctus quidem eulogius barso maximo ad vita felicissimā transeunte eius suscepit regimen ecclesie. Porro mirabilis protogenis colere iussus est vrbē carrensium desolatam: et spinis gentilium plenam que vtiqȝ pluribꝰ laboribus indigebat.

Socrates. Capi.xxxv.

Eo tpe demon quidam erroneus crudelitate valentis abusꝰ ei persuasit vt perscrutaret q̄ pꝰ eum suscepturus esset imperiū. Quāobrem nigromātiam fecit quibus artibus adimpletis plurimos ille demon non quidem aperta sed obliqua solite riisa proferens interemit. Nam cū de imperio consuleretur quattuor litteras demonstrauit delta.e.o.teta.dicens hoc nomen post valentem iperiū culmen accipere. Quō dum ad aures peruenisset imperatoris zelo ductus multos peremit quos tyrannidem assumere iudicauit. Occidebantur itaqȝ theodori: theodoti: theodoli: quicunqȝ has litteras in capite sui nominis habuissent. Inter quos etiam theodosiolus quidā vir fortis ex hispania prouincia genus ducēs occisꝰ est. Hoc ergo timore plurimi sua noīa mutauerunt: negantes que priꝰ habuissent cum iuramēto vt pericula declinarent.

Theodoritus. Cap.xxxvi.

Vallens igitur imperator cum vniuersas vt ita dicam ecclesias pastore nudasset: i cesaream capadocie venit. Cuiꝰ tūc p̄sul erat basilius: lumen totius orbis. premisitq̄ prefectum precipiēs vt aut flecteret basilium: quatenus dogmati communicaret eudoxij: aut hoc facē nolens expelleretur. Audiens enim gloriam tanti viri: noluit ei prius inferre certamen ne dū fortiter basiliꝰ eiꝰ iacula deuitaret fieret ceteris clarior ymago virtutis. Huius machinamenta velut tela aranee facte sunt. sufficerunt enī ceteris sacerdotibus ad vtilitatem sui antique patrum narrationes et velut quedam turres murorum fidei inclinabilem seruauerunt. Porro prefectus cesaream veniens: et euocans magnum basilium honorauit: ⁊ mā suetis apud eū sermonibus vsus est monēs vt ipse parceret: ⁊ non tantas ecclesias propter paruaȝ dogmatum subtilitatem vexari pateretur. Promittebat etiam imperatorias amicitias: multaqȝ beneficia propter hec pluri

mis offerēda Uerū ille vir sacratissimus ait adolescentibus hec verba congruere. Illi inquit et illorū similes talia promissa respiciunt. Nam qui diuinis signātur eloquijs: corrūpere de diuinis dogmatibus neq vnam sillabam patiuntur: sed pro his si cōtingat etiā omnes mortis spens amplectuntur. Amicicias autē imperatoris magnas quidē cū pietate iudico: sine qua perniciē potius has appello. Cunq prefectus seuiret in eum/ stultumq vocitaret: sanctus basilius ait. hanc stultitiam habere semper exoro. Quem dum egredi tunc iuberet: aut quid debere t facere cogitaret. sētētiāq suā altera die depromeret: fertur vir famosissimus hoc dixisse Ego quidē etiā cras ipse regrediar: dūmodo tu sniam nō permutes sed vtere minis tuis. Post hec verba pfect9 occurrens imperatori que dicta fuerant: et virtutē viri hui9 aieq fortitudinē et fiduciā nunciauit. Tunc ergo tacens imperator ingressus est. Post hec igitur contigit vt diuinitus sibi plagas sibi videret imissas. Filius eni eius egrotās circa ipsi9 mortis methas agebatur periculo. Sed etiaz cōiugē diuerse occupauerāt passiones Cognoscens ergo causā sue tristicie: virū sacratissimū quem punire minabatur: venire ad palatiū deprecatus est. Duces autē preceptis imperialibus ministrabāt. Tūc itaq magn9 basili9 veniens ad palatiū: vidensq pn cipis filiū circa mortē: ad vitam eū remeaturū eē promisit si per pios viros sacro baptismate potiretur. Hec cum dixisset egressus est. At ille iurisiurādi qd baptismatis tēpore promiserat me mor/ secundū stultū errorem pītibus arrianis filium baptisare precepit Quo gesto mox infans terminum vite sortitus est Penitentia vero ductus valēs et noxiam iusiurandi iudicans veritatem: in sacrū templū ingress9 magni basilij ministerio sociat9 est et altari obtulit dona solennia. Quē itra aulas vbi ipse residebat venire precipiens: multa apud eum de diuinis dogmatib9 verba locutus est: et docētem libenter audiuit. Ubi tunc aderat quidam nomine demostenes super imperiales epulas constitutus: qui dn̄i doctorē mūdi culparet barbarismū fecit. Tunc sanctus basilius subridens. Uidim9 inquit sine litteris demostenem Cū potius ille minaretur sanct9 ait basilius Tuū est de pulmentariis cogitare: non dogmata diuina decoquere. Post hec imperator ita dilexit virū: vt etiam optima predia que illic habuit pauperibus qui ab eo gubernabant offerret: ex quibus leprosis precipue necessaria ministrantur. Primū ergo valentis īperiū hoc mō magnus basilius declinauit Cū vero postea reuers9 illic fuisset: prior obliuus: qm a seductis

ribus eius voluntas obsidebatur: rursꝰ cū mouebat vt ad partes inclinaretur hereticas. Cui non persuadēs legē de eiꝰ scribi pcepit exilio: quam volēs manꝰ sue subcriptiōe roborare: nullū apicē cōplere preualuit: calamꝰ eni contritus est. Cunqȝ secundus et tertius calamus hoc pertulisset et adhuc legē impiam firmare cōtenderet: cōmota ē eius dextera: eamqȝ subito tremor inuasit. Tūc eiꝰ aio terrore ipleto ābabus manibꝰ cartam rupit ostendītqȝ prouisor oīm deꝰ quia et alios ipse permisit pati: ꝛ hūc ab insidijs liberauit. et per ea q̄ in isto contigere signum proprie virtutis ostēdens: et per alia dispensationum fortitudinem virorum predicans optimorum.

¶ Socrates. ¶ Sciēdum vero quia dum viueret athanasius alexādrinus episcopus: diuina quidem prouidentia alexandriam vel egiptū distulit cōmouere. Audiens athanasius a cuncta diligi plebe et metuēs ne forte seditione facta respublica vexaretur. Uerum anathasiꝰ cōsulatu gratiani secundo ꝛ probi: post crebra pro ecclesie statu certamina hac priuatus est vita: cū quadraginta et sex annis per multa pericula sedē rexisset episcopalem.

¶ Theodoricus.

¶ Capitulum.xxxviij.

Cum igitur in alexandria victor athanasius post multa certamina: innumerasqȝ coronas vite terminū suscepisset et ad laborum suorum premia demigrasset: suscepit petrus vir optimus presulatum: quē dudum ille beatus elegerat: cunctis vna consentientibus et sacerdotibus et nobilibus cūctaqȝ plebe: et fauore suo propriam ostendentibus voluntatem. Is enim athanasij sudoribus particeps fuit. Et dum esset in ciuitate: ꝛ dum diuersa latibula peragraret multipharíaqȝ pericula cū eo sustinuit. Quapropter cuncti sacerdotum concurrentes dignum heredem petrū athanasij clamauerunt. Cunqȝ eum in pontificali sede cōstituissent: repente iudex prouincie paganorum populum congregās et pariter iudeorum ecclesie septa circundedit petrum exire pcipiens: nolentemqȝ interminatus est vt abstraheret. Faciebat hoc imperatori placere volens: dum ei contraria sapientes calamitati submitteret. Quod autem verum est impietatis ira completur. Idolis potius placere nitebatur et tempestatem ecclesie claram putabat esse festiuitatem. Petrus itaqȝ vir mirandus inspiratum respiciens bellum: latenter egressus est et conscendēs nauē profectꝰ est rome. ¶ Capitulum.xxviij.

Transactis vero diebus paucis. euzo ius ab ãthiochia venit cũ lucio ⁊ ecclesias ei cõtradidit Cuius etiam impietatem samosata noscuntur experta: popul⁹ aũt doctrinis pumit⁹ athanasij satiatus: deinde cibũ sibimet offerri cõtrarium ab ecclesiasticis collegijs se suspendit. Porro lucius armigeris vtens cultorib⁹ ydolorum: alios verberabat: alios suspendebat: alios cogebat effugere. Aliorũ vero ĩstar barbarorũ vastabat domos. Sed hec melius vir mirabil' petrus ĩ sua narrabat epl'a. Ego tñ vnũ scelerũ lucij referens: epl'am petri ponam. Viri quidam in egypto cõuersationẽ imitantes ãgelorũ et ciuitates euitãtes ⁊ turbas: vitã habere in heremũ potius elegerunt: arenosãq; terram et sterilẽ fructiferam reddiderunt. fructũ quippe deo suauissimũ virtutis eorum et optimum referentem. Cuius deserti multi quidẽ vidẽtur esse victores. Sed a puero illic creuit anthonius famosissim⁹ monachis virtutem luctaminis in spirituali ostendens.

Capitulum. xxxix.

Huius ergo loci tũc incolas sequaces anthonũ infelix lucius expulit eorũq; sanctissimos presules macharium venerabilẽ/ aliũq; macharium: ysidorũ: et ceteros speluncis suis eijciens in quandam insulam que ab impijs habitabatur hominibus destinauit quippe que nunq; magrm susceperat pietatis. Cunq; nauis iu tum littus insule peruenisset demon qui ab illis honorabatur relinquẽs ydolum vbi dudum habitare consueuerat filiã sui sacerdotis inuasit: et bachãtem illuc vsq; perduxit: vbi nauis aduenerat monachorum. Tunc demon vtens lingua puelle clamabat sicut ĩ philippis p phitonissa. Audiebantq; cuncti viri sil' atq; mulieres demõe proclamante. O p potentiam vestrã o ministri xp̄i vndiq; a vobis expellimur a ciuitatibus atq; vicis a montibus simul et collib⁹ ab heremo que p̄uata probatur hominibus. Sperabamus in hac insula commorantes vestris iaculis liberari q spe noscimur esse frustrati. Hic vos persecutores miserunt: non vt vos vexarent sed vt nos p vos magis expellerent. Ecce recedimus ab hac insula: virtutis eni vestre radijs iaculamur. Hec dicentes et his similia: puellãq; in terra p̄sternentes ipsi quoq; omnino disparuerunt Tunc ille sacratissimus chorus oratione facta suscitauit puellã: et suo patri sanã valẽtemq; restituit. verum illi qui miraculum conspexerunt ad sanctorum prouoluti pedes salutis viaticum se percipere supplicabant. Et templum quidem

demonũ destruxerũt doctrine ve ro radijs illuminati sacri baptis matis gratie sunt potiti. His in vrbe nũciatis omnes populi cõ gregati lucio detrahebant dicen tes iram sibi iminere diuinitus: nisi sanctorum reuerteretur cho rus Sic itaq; metuens tumultũ lucius ciuitatis sacratissimos vi ros ad suas speluncas remeare pcepit. Et hec quidẽ sunt digna que abominationez illius impie tatis aperiant ¶ Ca. xl.

VEruntamen presumptionis eius in iquitates littere petri mirabilis edocebant. Quarum ego longinquitatem fugiens q̃ i medio posita sũt ponere n̄ omittã Prouincie inquit iudex pallidi⁹ cum esset religione paganus: et ydola sẽper adoraret cõtra chri stum sepi⁹ dimicare conabatur: et colligens predictum populũ i petum fecit aduersus ecclesiam tanq; si barbaros subdere nitere tur Tũc itaq; multa crudelia ge sta sũt: que solũmõ dictare volẽs ipsa rei memoria: dolore mixio sum cõmotus: et fluxũ protuli la crimarũ diuq; hoc potueram pa tienti diuina rõe animũ releuassẽ In ecclesia que theona vocatur igressa multitudo pro verbis ho norabilibus ydolum fauoribus exaltabant. Pro sacrar lectiõe scripturarum: turpes manuum plausus gebãtur. Refracteq; cũ turpitudine voces contra christi virgines contumelias dicunt q̃s lingua hominũ proferre non pa titur. Audiens enim quilibz sa pientium talia claudebat audit⁹ et magis optabat esse surdus ne huiusmodi verba audire cõpelle retur. Sed vtinam verbis peccã do quieuisset: et non acta verbo rum luxuriam superarent. Faci liter nanq; detractio ẽ huiusmõi apud quos christi sapientie ⁊ do ctrine cultus ĩhabitat. Hi siqui dem ire vasa ad perditionem fa cta subsannantes et horribilẽ so num de naribus emittentes: et vt ita dicã fetorem veluti de quo dam cuniculo profundentes: ve stes sanctarum christi virginum disrũpebant: quarum continen tia formã sãctorum imitabat̃ an gelorum. Et sicut habet natura nudas per totam circũferentes vrbem sicuti volebant eas cũ tur pitudine deludebant Si quis au tem eorum tunc compatiendo ꝓ hiberet: vulneribus maceratus agebatur. De illis cladibus.

Multe siquidem violentam cor poris sustinuere corruptionẽ plu rime virginum vectibus in capi te cese sine voce manserũt. Qua rum etiam funera solenni sepul ture tradi prohibita sunt. Mul ta deniq; corpora hactenus parẽ tibus ingemiscentibus inquisita reperiri n̄ possunt. Sed cur par ua de magnis loquor: Cur i istis moror: et non potius ad necessa ria iam recurro: in quibus bene noui quia mirabitur quilibet no

biscum obstupescens patientiam domini: quis non repente vniuersa conclusit. Que enim nunquam facta sunt: neque per scripturas patrum nostrorum diebus audita. Hec super ipsum altare impij committebant. Sicut enim in schema turpi consistentes / puerum quendam natura masculi denegantem / et vtentem veste feminea: inunctis oculis et vultu serico colore depicto: vt apud azistum est ydolum feminei schematis super ipsum altare vbi aduentum sancti spiritus inuocamus: circuitus: huc et illuc agere: et manibus abhominationem celebrare fecerunt ridentes nephandas mittentes voces. Qui rursus hoc parum iudicantes / et preterita decora quam turpia potius estimantes: quendam ex suis turpitudine notissimum veste genitalibus quoque nudatum: in sede ponentes ecclesie contionatorem turpem contra christum impudenter eleuauerunt. Pro sacris enim verbis: ille scelera proferebat. pro honestis laudabat luxuriam: pro pietate impietatem pro continentia fornicationem et adulterium masculorum concubitum / furtum / cibum / potum / vite huius vtilia proclamabat. His itaque gestis et me ab ecclesia recedente quippe cum illic stare non possem. vbi militum inuasiones: vbi populus pro seditione redemptus: largitate pecuniarum et gentilium multitudo magnis promissionibus: aderat noster que successor directus est aut pro episcopatu quasi mundanam comparans dignitatem quidam lucius lupi nequiciam et actus habere festinans: non orthodoxorum episcoporum concilio: non decreto veracium clericorum: non petitione populorum electus sicuti concionantur ecclesiastice sanctiones: non quilibet episcoporum non presbiterorum: non dyaconorum: non populi multitudo: non precedebant cum monachi hymnos decantantes scripturarum: sed curotius erat cum eo dudum quidem damnatus cum arrio in sancto niceno maximo que concilio nunc autem per patrocinia athiochenensium vastator ecclesie: et comes largitionum ac miuris dux: omnium pietate nouissimus nomine magnus qui iuliani temporibus beruthiorum incendens ecclesiam beate memorie iouiniani temporibus ex proprijs facultatibus eam reparare coactus est: ita vt pene caput tunc amitteret nisi multorum labore imperiale clementiam meruisset. Considerare siquidem hec vestrum zelum et ad vindictam excitari depoisco. Quanta et qualia sunt commissa contra dei ecclesiam cum talis aduersum nos fuerit tyrannus excitatus. Is enim lucius qui per vestram regionem et omnes orthodoxos episcopos frequenter abdicatus est pro ratio-

nabilibus causis: nunc astitit ciuitati et non solum sicut blasphemus et insipiens vt dicit in psalmis. Non est deus verus christus: sed etiam in oportunitatibus est correptus: atq3 corrupit gaudens in blasphemiis contra eos qui saluatorem colere cōprobantur. Dum enim paganorū sēsibus est vicinus recentem presumit erroneus colere deū. Nā aliī corā eo laudes hmōi proclamabant. Bene venisti episcope qui filium nō defendis. Aliī dicebāt. Te serapis amat: et hic introduxit simulachrū vtiq3 paganorū nominantes iter hec eodem monē te predictus magnus īpietatis eius soci⁹ idiuis⁹: armiger amarissimi et minister crudelitatis ei⁹ collecta multitudine populorū: presbiteros atq3 dyaconos decē et nouem numero cōprehendēs quorum quidam octogesimū trā scenderant annū: tanq3 captos ī quodā scelere et romanorum inimicos legib⁹ coartabat nesciēs virtutem christianorū legis 7 apostolorū fidem per patres traditā nobis. Hec etiam clementissimū principem valentem grata habere pronuncians. Flectimini īqt miserrimi et arrianorum concordate dogmatib⁹ flectimini Ignoscet eni vobis diuinitas licet vere religioni cultū exhibeatis non sponte sed violenter hoc faciētes Necessitati nāq3 satisfactio deest Spontaneā vero voluntatem accusatio digna subsequitur. Quapter huiusmōi rationes pre oculis habentes prompte sequimini: 7 dogmati arriano subscribite quod nunc predicat lucius bene scientes: quia si obediatis pecunias questus: honores: ab impe ratore percipietis. Resistētes vero carceres supplicia tormenta: flagella vincula sustinebitis. Pecuniis possessionibusq3 priuati et postea pulsi loca crudelia habitare damnamini. Et iste fortissimus seductor minas seductioni contemperans inuitabat atq3 cogebat vt omnes a pia sētentia deuiarēt. At illi nichil amarius estimantes q3 pietatis proditionem huiusmodi respōderēt verbis virtute fortiq3 sensu seductionem minasq3 subdentes. Quiesce iā quiesce his nos terrere sermonibus: cessa verba vana proferre Nos neq3 nouum neq3 recentem colimus deum. Et licet īaniter furias teq3 cōcutias sicut vehemens ventus: ī dogmatib⁹ pietatis ad mortem vsq3 consistimus. Non impotentem non insipientem nō sine veritate aliquā do fatentes deum. Non aliquā do quidem existentem sicut impietas arriī tēporalem predicat filium Si enim creatura est secū dum eius vesaniam filius nō existens cum patre: etiam pater aliquando nō fuit. Quippe filio nō extante secundum eos aliquādo si vero sēper est pater existēte qp pe ex eo vo filio nō fm generationis fluxū de⁹ eī ipassibilis ē: quō

non est insipiẽs atq; vesanus qui hoc de filio profitetur dicẽs: erat quando non erat per quem om̃ia vt sint per gratiam constituta sũt. Nostri siquidem patres a quib⁹ isti cadentes iuste sine patre sunt facti in nicenam venientes ⁊ ana thematisantes arrij sectã cuius nunc iste iuuenis patronus exi= stit non alterius substantie quod tũc fateri nos cogis ex natura pa tris esse dixerunt sed ex eius essẽ= tia. Quod bene et cum pia mẽte intelligentes ex plurima sacrorũ verborum collectione consubstã tialem esse professi sunt. Talia si= quidem et his similia dicentes p multos dies exercuit putãs a pia sententia posse mutari. Qui ma= gis velut in stadio fortiores effe= cti terroremq; conculcantes ⁊ se metipsos patrũ rõibus coarmã= tes validiorem habuerunt de pi= etate sensũ: virtutis exercitium sua pericula iudicantes. Sic igi tur illis decertantibus et specta culum facti sicut scribit apostol⁹ angelis ⁊ hominibus vniuersa ci uitas concurrebat: athletas con templatura xpi: suaq; constantia verbera iudicis et flagella supe= rantes triumphumq; pie contra arrianos per patientiam possidẽ tes: quos ille vtiq; credebat fe vin cere et illorum impietati contra dere. Cum ergo defecisset eos tor mentis afficere: cunctis flentib⁹ atq; lugentibus rursus collecta irrationabili multitudine ad iu= dicium eos immo magis ad pre iudicium circa portam fecit ad= duci. Et cum illic consueti cõtra eos clamores emitterentur a pa ganis atq; iudeis et illi nolent ar rianorum impietatibus consenti re: sententiam ꝓtulit vniuersis an te tribunal eius igemiscentibus vt ab alexandria sublati in helio polim fenicem ducerentur. Cu= ius habitatores neq; nomen xpi audire patiuntur. Sunt nãq; pa gani. Quo facto iubens eos na= uem conscendere ipe stabat ĩ por tu nudum gladium vibrans. Et hoc modo illos terreri putãs qui bus acuto gladio hostiles demo= nes crebrius vulnerauerant. Sic ergo dimisit eos absq; sumptib⁹ et absq; quolibet solatio nauiga re precipiens mare spumante et vt ita dicam nolente suscipere vi= ros iniqua iussione communica= re compulsos. Ingemuit enim ci uitas vniuersa et hactenus lamẽ tatur. Et alij quidẽ suis manib; pectora percutiebant: alij x̃o ma nus et oculos tendebant ad celũ violentiam ꝓtestantes et veluti dicentes. Audi celum et aurib⁹ percipe terra quoniam ĩiusta sũt que geruntur. Cunctaq; simul gemitu complebantur: et veluti cantus quidam erat in ciuitate luctificus currebatq; fluuius la chrimarum. Cum igitur iudex il le precepisset vt vela nauis tolle- rentur tunc gemitus ingens vni uersorum virginum et mulierum seniorum et iuuenum permixtus lachrimis est emissus. Cum illi

ergo heliopolim nauigarent ibi diabolica supersticio celebraba-tur omnes in media ciuitate cō-muniter et singuli ingemiscētes atq; lugentes angebantur. Qui bus tamen nec aperte licebat fle re iussione vrbis prefecti palladij Erat enim et ipse paganus. Mul ti deniq; flentium arrepti: et i car cere ducti: deinde castigati: lacerati: verberati: nouissime in metallo sunt traditi. Uiri quippe ecclesie et propter diuinum zelum valde pugnantes. Erant enī plurimi eorum monachi heremum incolentes numero. xxiij. Cum q̄bus post paululum diaconus a dilectissimo fratre nostro damaso romane ciuitatis ep̄o: deferens nobis consolatorias cōicationis epistolas manibus post tergum vinctis: publice ab ipsis spiculatoribus ducebatur veluti quidā reus insignis et homicidarū verberibus coequandus lapidibusq; simul et plumbo eius ceruicibus maceratis ad mare reductus est: et sicut illi sine sumptibus sine vllo solatio metalico deportatus exilio. Cunctis iudex ille multos quoq; infantium cruciasset: quidam eorum morientes neq; parentum neq; fratrum exequijs solennib⁹ sunt potiti. O multa inhumanitas iudicantis magisq; preiudicantis. Qui enim propter pietatem decertati sūt: nec homicidis comparari potuerūt quorum vtiq; corpora insepulta relicta sūt pie laborantes escis bestiarum volatiliumq; proiecta sunt. Qui q; patribus natorum naturaliū conscia compati voluerūt: velut iniqui capite secti sunt. Que lex romanorum: que barbarorum sētentia: quoslibet patribus condolentes punit? quando quispiā veterum huiusmodi gessit iniquitatem? Jussit itaq; pharao vt masculi interficerentur hebreorū sed inuidia et timor tūc protulit hoc preceptum. Quanto tamen illa que tunc gesta sunt hūaniora modernis existunt: quāto desiderabiliora ad discretionem iniquitatis huius. Et licet malicia nequaq; separentur alterutris sunt tamen incredibilia que dicuntur i humana: crudelia: seua: barbara amara sine misericordia in quib; exultabant arriani choros agentes cum vniuersa ciuitas ingemisceret. Non fuit enim domus in qua non erat mortuus sicut in exodo scribitur. Et cum hec ita sint gesta non enim quieuerunt iiquitatis auctores: sed ad peiora profecti vsq; ad episcopos prouinciarum venena ꝓpria dispersa sūt habentes iniquitatis sue solatiū comitem largitionum quem prediximus magnum. Alios etenim episcoporum curie tradiderunt: alios diuersis machinationibus affecerunt volentes vniuersos i pietatibus obligare. et secūdum patrem eorum diabolum querentes quem sua rabie deuoraret. Super hec autem vndecim egyptiorum episcopos virosq; ipe-

ne ab infātia vsqȝ ad senectutem heremum incolentes verboqȝ su perantes actu libidinē/ pīāqȝ ū= dem sine confusione predicātes et dogma pietatis edocētes: mul tasqȝ victorias de dem nibus ex ercentes et arrianā sectā sapien tissima ratione denotātes exilio direxerunt in ciuitatē iudeorum noīe dioccsaream. Et velut īfer= nus crudelissimus nunquā mor te satiati fratrum sue seuicie me= moriā relinquere voluerunt. Nuper eni ecclesie catholice cle ricos degentes in anthiochia cū fidelibus monachis/ volentesqȝ eorū scelera denotare: aures im peratoris inflammantes in neo cesaream ponti mittendos esse p parauerunt. Qui puto propter ferocitatē locorū etiam vita pri= uati sunt. Tale itaqȝ tēpus illud tragedias exercuit taciturnita= te quidem et obliuione dignas sȝ litteras memorandas ad obiur= gationem eorum qui contra vni genitum linguas suas exacue= runt. Hi nanqȝ rabie coarmati blasphemie non solum dominuȝ omnium iaculari nituntur: sed etiam contra eius famulos bellū sine vllo federe susceperunt.

Explicit liber septimus.

Sequuntur tituli libri octaui.

Incipit liber octauus.
Socrates.

EOdem tempore fuit arsiusmonasteriū plur: qui delinquentes iuuenes non excōicabat sed magis etate prouectos. dicebat eni: Juuenis excōicatus spernit/prouectus vero velociter excōicatiōis dolore corrigitur. Alius A noie ptor ābulans cōdebat. Consultus autē cur ita cōderet: non inquit volo veluti necessarie vti cibo: sed tanꝙ extrāneū aliquid agere. Pro qua re ētiā ab alio requisitus ait. Et neqꝫ dū co C medo aia voluptatē sentiat corporalē. Jsodorus dicebat quadragesimū se annū habere cū sentiret quippe mēte peccatū non tamen consentiret vel cōcupiscentie vel furori. Pambo autē cū si D ne litteris eēt accessit ad quēdā vt doceretur psalmū. Qui dum audisset primū versuȝ tricesimi octaui psalmi. Dixi custodiam vias meas vt non delinquā in lingua mea: secundū versum non passus est audire dicēs. Si potuero opere hoc iplere: hic versus tantūmodo mihi sufficiet. Cunqꝫ doctor qui ei tradiderat versum culparet cur per sex menses ad eū minime venisset: respōdit. Quia versū illum adhuc opere non ipleui. Postea vero cū multos superuixisset annos a quodā noto requisitus an didicisset versū. quadraginta et nouē īquit annis vix eum īplere preualui. Hic itaqꝫ quodā aurū dante ac cibaria pauperū et dicente: numera. At ille respondit. Quod dedisti non eget numero sed salubritatis effectu. Js eteni pābo athanasio epo deprecāte: ab heremo descēdit in alexandriā. Cunqꝫ vidisset ibi mulierē theatralē fleuit: et a presētibus inquisitus quare ploraret. due īquit me res mouerūt vna que est illi⁹ pditio: altera vero qꝛ ego nō tm̄ studeo placē deo ꝙtū hec vt turpibus placere possit hoībus. Alter quidā dicebat: monachus nisi operatus fuerit violento iudicatur equalis. Pi teri⁹ multas expositionū naturales adhibebat et frequēter aliūs alia requirentibus enarrabat. Per singulas autem explanationes orabat. Illo siquidem tēpore inter mona E chos fuerunt duo viri deo amabiles nomine vterqꝫ macharius: vnus ex egypto superior: alt alexādrinus. Ambo ꝓ multis rebus insignes

per abstinentiã: conuersationē: mores atq3 miracula q̄ eoꝝ manibus agebantur. Egyptius itaq3 macharius tantas curas fecit et tantos demones effugauit vt ex eius operibus liber ꝓpri⁹ expleatur. Erat aũt reuerendus et circa delinquētes seuer⁹. Porro macharius alexãdrinus: cũ simi lis esset egyptio per oĩa i hoc mutabatur quia circa ꝯsulētes hilarior apparebat: et vultu letifico ad cõuersionē iuuenes educabat. Hoꝝ discipulus euagrius phĩã opere rebusq3 possedit: pri⁹ sermone solũmõ philosophat⁹: ⁊ in vrbe constantinopoli a gregorio nazãzeno diacon⁹ ordinat⁹: dein de cũ eo descendens in egyptũ ⁊ predictos viros inspiciens ꝯuersationē zelatus eoꝝ est. Tantaq3 miracula in eius manib⁹ fctã sũt q̃ta in preceptorũ eius. Conscripsitq3 libros valde necessarios: quoꝝ vnus quidē monachus titulatur et est de actuali: alius cognitionalis ꝺm ꝙ quispiã cognitione fit dign⁹ Huic capitula sũt quinquagita. Alius vero ꝓdicto rius ex diuinis scripturis collectus contra dēones tētatores ꝑtibus octo diuisus est: ꝺm nũerũ octo cogitationũ. Et sexcēte ꝓpõnes ad contēplationē ꝑtinentes quas gnostica ꝓbleumata id est cognitiõales ꝓpõne s denoĩauit. Insup ⁊ versuũ opa duo: vnũ qdē ad monachos in cenobĳs vel itineribus cõstitutos: et vnũ ad virgines: q̃ ꝗmira ꝗq3 necessaria sunt legentes intelligũt sed oportunũ est sicut arbitror pauca ei⁹ dicta de monachis ac scriptura referri. Sic ei ait. Necessarium est eni vias inquirere recte precedentiũ monachorũ et secundum eas exerceri. Multa eni inueniũtur ab eis dicta bene simul ⁊ acta Inter quos et in hoc ait quidam quoniã sicca et non inequalis dicta caritate coniuncta: cito perducit monachũ ad impassibilem portum. Is autē cũ vidisset quendam fratrũ fantasiis nocte turbari hoc modo curauit eu3 precipiens vt languentibus cibos ieiun⁹ ministraret. Unde requisitus / nihil inquit sicuti mia huiusmodi passiones extinguit. Quidã tunc phi ꝺ losophorum accessit ad iustũ anthonium dicens. Quomodo sufficis o pater codicũ cõsolatione priuatus: Ad quem anthonius. O inquit philosophe meus codex natura creaturaru3 est: et adest cũ voluero verba que mihi relegi dei. Reqsiuit me vas electionis macharius senex egyptius dicēs. Quare mali memoriam aduersus homines retinentes memorabilem virtutem anime dissipamus. Contra demones autem habentes mali memoriam innoxĳ permanemus: Cũq3 in questione huius interrogatiõis hesissem / rogaui eum explanare sermonem. At ille. Prima inquit passio furoris contra naturam ē exhibens vero secundum naturam. In ipso feruenti meri

die perueni apud sanctum patrē macharium: et siti vehementer accensus aquam vt biberē postulaui. At ille vmbra inquit tibi sufficiat. multi nanq₃ nunc iter agētium aut nauigantiū etiā hac refectione priuantur. Deinde cum apud eum verba de abstinētia exercerem: confide inquit fili per vigiti annos neq₃ pane neq₃ aq neq₃ somno sum satiatus. Panē nanq₃ meum ī pondere comedebam aquā vero bibebam cū mēsura: parietibus autē reclinatus somnū paululū rapiebā. Cuidā monachoꝝ nūciata mors patris est At ille nuncianti / cessa inquit et blasphemare noli meus enim pater immortalis existit. Quidā fratrum euāgelium solūmō possidebat: quod vendens pauperibus erogauit: dignum proferēs memorandumq₃ sermonē. Ipsū inquit verbū vēdidi quod michi semper dicit vende omnia tua et da pauperibus. ¶ Est quedam īsula circa alexandriam transpaludē marie in qua habitabat monachus contēplantibus approbatissimus qui dixit Omnia que runtur a monachis agi propter causas quinq₃ id est propter deū propter naturā propter consuetudinē. propter necessitatē: propter opus manuū. Idem ipse dicebat vnā quidē nature esse virtutē sed ēt diuersas species sumere per anime qualitates. Nam et lumen inquit solis cū sine specie sit diuersa fenestris tamen p quas īgreditur schema quoddā varium facere videtur. Alius itaq₃ monachus. propterea inquit abscīdo libidines vt auferam furoris occasiones. Non enī furorem semper pro libidinibus ligare mentem meam turbare: scientiam persequentem. ¶ Quidā senum dicebat. Caritas appositum ciborum aut pecuniarū seruare non nouit. Idem ipse dicebat. Nescio me in eadem re a demonibus fuisse deceptū. ¶ Hec igitur euagrius in libro suo actuali commemorauit. In contēplatiuo autem hec dicit. Quatuor virtutes et contemplationes earum a gregorio iusto esse didicimus: prudentiam / fortitudinē temperantiam atq₃ iusticiam. Prudentie quidem opus esse dicebat contemplari intellectuales sanctasq₃ potestates absq₃ sermonibus: quippe quos sapientia significaret contradidit. Fortitudinis autem perdurare in veritate licet quispiam debelletur et non accedere ad ea que nichil sunt. Temperantie vero proprium hoc esse respondit suscipere premia agricolle semia et ea plantare conuenienter. Porro iusticie opus vt pro merito singula cuiq₃ verba reddantur Alia quidem obscure pronūciata: alia enigmatibus iudicata Quedam vero propter vtilitatem simplicium aperte disposita Columna itaq₃ veritatis cappadoꝝ basilius ait. Humanam sciē

tiā reddit crebra meditatio: & exercitatio meliorem. Eam vero q̄ gratia dei conceditur iusticia patientia atq; misericordia: et humanam quidem etiaz passibiles suscipere poterunt: diuine impassibiles tantūmodo sunt capaces Qui etiā orationis tempore proprio mentis lumine resplendentes semetipsos inspiciunt.

¶ Egiptiorum vero sacratissima lux athanasius ait. Precepit moyses mensam contra aquilonis constitui partem. Quamobrem cognoscant contemplatiui quis est qui contra eos spirat: et omnem tentationem forti mente sustineant: et cum alacritate ad se accedentes enutriant.

¶ Thimuitamiorū ecclesia angelus serapion dicebat. Mens quidem spirituali intellectu potita: perfecte purgatur. Caritas autem curat membra furore tumentia. Iniquas cōcupiscētias et influentias continentia retinet. Maximus contemplationū doctor didimus ait. De prouidētia atq; iudicio apud temetipsū semper exerce sermones et studiorum materiam memoria retine Pene enim omnes in his peccamus. Rationemq; iudicij in corporum differētia i qua etiam est mundus inuenies. Prouidentie vero in modis quibus a malicia vel ignorantia ad virtutes atq; scientie culmen euehitur. Hec autem ex euagrij dicto retulimus.

¶ Fuit aūt et ali[illegible]us vir mirabilis inter monachos cui nomen ammonius qui tāto sine villa curiositate fuit: vt rome cum athanasio veniēs nullum opus ciuitatis inspiceret nisi tantum vt videtur petri & pauli basilicas Is enim ammoni⁹ ad episcopatum tractus atq; diffugiens dexteram sibi amputauit aurem: vt semi corpore ordinationis opus effugeret. Cumq; posteriori tempore etiam euagrius a theophilo alexandrino pontifice ad episcopatum tentus nichil āputans de corpore suo fugisset: veniens ad ammonium cū ioco dicebat: quasi male fecisset vt aurem amputaret et de eo reus existeret. Ad quem ammonius Tu inquit euagri ignoras te puniendum quoniam abscidisti linguam. Et ne tibi arrogare videaris non vteris gratia dei. Plurimi siquidē eo tēpore digni fuerunt viri: quorum si quis vult verba miracula q; cognoscere: & quēadmodū illis fuerunt etiam bestie subiugate: librum legat paladij monachi qui discipulus fuit euagrij. Omnia namq; de istis subtiliter explanauit in quo etiam feminarum imitationem conuersationemq; memorauit. Euagrius igitur atq; palladius mortuo valente post paululū floruerūt. I

¶ Sosomenus.

Temporis ē vt quantū potuero memorari possim qui sunt in illo tempore inter christianos philo

sophati. Quorum vnusquidem in egipto iohãnes: cui futura et aliis incerta deus non minus q̃ antiquis propheti reuelauit do numq3 dedit vt curaret insanabiles passiones Is enim a iuuentute laudans deum degebat in solitudine comedebatq3 herbas et radices :bibebatq3 aquã si comperisset. Cumq3 venisset ad senectutem diuina iussione migrauit ad thebaidam et multorum monasteriorum factus est presul. Qui oratiõe tantũmodo lãguores et demones effugabat. et cũ litt'as nõ didicisset ad memorã dum aliquid codicibus non egebat quia quicquid semel mẽte p ceperat sub veritate retinebat. In hac itaq3 regiõe philosophabatur am R mon tabennensiorũ presul circa tria milia discipulos habens Non minus quoq3 et thionas multorum presides fuere monachorũ. Ambo operatores inopinabilium rerum et diuina prouincia prophetias compleri Dicitur nanq3 thionem eruditũ egiptiarũ gerecarum latinarum q3 litterarum: et triginta annis habuisse taciturnitatem Porro hominum a nullo visum irascẽtem aut iurantem :aut mẽtientẽ aut vanum aliquid aut asperum vel infirmum protulisse sermonem

Ea tempestate fuerũt copras et A helin: necnon helias Copras quidem vt aiunt diuinũ habuit donũ salutes efficere passionum: et demones expellendi. Helin vero a paruulo nutritus in monasterio plurima inopinabiliter miracula faciebat ita vt etiam ignem in sinu portaret: et nequaq̃ eius vestis arderet. Verum helyas tunc quidem procul ab antinio ciuitate degebat i heremo agens annum etatis circa centesimum atq3 decimũ. Antea tamẽ pene septuaginta annis solus vixit in solitudine: et vsq3 ad hanc etatem ieiunando et viriliter conuersando peruenit. Fuit etiam appelles i egipto ex fabro M ferrario: qui dum aliquando per noctem hoc opus exerceret/ vmbra demoniaca veluti mulier speciosa eum de castitate tẽtabat. At ille ferrum qd operabatur ex fornace trahens eam p cussit in faciem. Tũc ille stridẽs et ingemiscens procul effugiit. Inter hos etiam ysodo- N rus qui fuit vndiq3 monasteriũ muniẽs curabat vt nullus egrederetur sed omnia necessaria haberet interius. Necnõ serapion circa decem milia sub se monachos habens quos omnes sic educabat: vt ex propriis sudorib' necessaria compararet et aliis ministraret egentibus. Dioscorus quoq3 non amplius centum monachis presidebat. Q

Qui cum pbr̃ esset sacrificia faciens :omnem perfectionem adhibebat examinando et diligen-

ter diiudicando accedētes ad sacra mysteria/ita vt expiarent mētem et mali cuiuspiam conscientiā non haberēt. Eulogius. P presbiter fertur prescientiam habuisse cogitationum quorūlibet ad se venientiuȝ/eorumqꝫ delicta palam redarguebat: et quecunqꝫ latenter cogitassent sibi reuelata manifestabat. Qui vero aliquid mali gessissent/vel prauum consilium habuissēt ab altari suspendebat: manifestans eis peccatum quod egerant et diligentia purgatos suscipiebat. His itaqȝ similis erat appollo in thebaida qui quadraginta annis in sterioꝛe moꝛabat solitudine speluncam paruulam in mōte vicino habēs/sed ꝑ multitudine miraculoꝛum paruo tempoꝛe insignis effectus plurimoꝛum presul extitit monachoꝛum. ¶ Eo Q namqȝ tempoꝛe multi et optimi studiose philosophabantur i alexandria/ quasi duo milia viri. Quoꝛum aliȷ i solitudine moꝛabantur/ aliȷ circa mareote degebant. Excellenter autem inter alios emicabat doꝛotheus genere thebeus: cuiꝰ hec fuit vita vt quotidie lapides a mari colligeret: et annis singulis hospitium edificaret et fabricare sibi nō valentibus daret. Noctibus auteȝ propter eoꝛū cibū faciebat spoꝛtas vt venderet. Cuius cibus erat panis vncie sex / et olerum minutoꝝ fasciculus vnus: et ad bibēdum aqua. hic a iuuentute sic viuens nec in senectute defecit. Nunqꝫ visus est in lectulo sopoꝛatus vel pedes pro requie tetendisse: aut doꝛmire pro voluntate nisi qͣtum operando aut comedendo natura compressus oculos claudere potuisset: ita vt sepe dum comedendo doꝛmiret cibus ex eius oꝛe laberet. Aliquādo ergo somno valde grauatus cum in stercoꝛe cecidisset obdoꝛmiuit. Expergefactus autem et cōtristatꝰ dixit. Si āgelis doꝛmire suaseris et michi vlterius suadebis. quod foꝛte dicebat ad sōnum ant ad demonē qui nitebatur bonis actionibus impedire. Huic laboꝛanti quidam dixit. Cur ita perimis coꝛpus tuum? At ille: quia me inquit occidit. ¶ Diamonē vero presbyterum ferūt quia dum sacrificaret: aliquando sanctum angelum circa sacrum vidisset altare stantem: et pñtes monachos in codice cōscribentem absentesqꝫ delentem iohanni quoqꝫ tantam deus noscitur donasse virtutem cōtra passiones atqȝ languoꝛes: vt plurimos podagricos et articula habentes soluta curaret. ¶ Inter hos beniamin senioꝛ B valde clarꝰ habebatur dono dei potitꝰ vt sine medicamīe tactu manuum aut olei facta oꝛatione sanaret egrotos. Hunc ferūt incidisse in ydropicā passioneȝ et tm̄ eiꝰ coꝛpꝰ itumuisse: vt non posset ꝑ ianuas cellule sue in qua habitabat efferri: nisi ianue cuȝ tabu

lis ante positis sublate fuissent. Is ergo passiōis sue tempore pene octo mensibus ante mortē in sella latissima sedēs: curabat solenniter egrotantes nō grauiter ferens qm̄ sue egritudini nō prodesset: sed etiam se videntes cōsolabatur et deprecabatur vt rogarent deum pro anima eius et de corpore non curarent quia et dū sanum inquit essꝫ nichil profuit michi. ¶ Marcum in Scythia degentē ferunt etiā ī iuuētute valde fuisse mansuetū et sapiētem memoriaqꝫ scripturarū diuinarum satis ydoneum: et tanto deo amabilē vt cum ad dominicum corpus accederet angelus ei sacramenta preberet / cuiꝰ manum vsqꝫ ad iuncturam brachij tantummodo dicebat inspicere.

¶ Machario vero datum est vt vltra superaret T demones Huic occasio conuersionis commissū homicidiū fuit. Nam dum puer esset et oues pasceret circa mariā paludeꝫ: ludens quēdam coetaneum interemit: ⁊ metuēs fugit in solitudinem. Qui dū tribus annis sub diuo moraref postea paruum hospitium fecit sibi in quo annis .xxv. moratus est. Plurimi si quidem se eū audisse dicebant: quia gratias illic calamitati referret et salutiferum vocaret illud homicidium non spōte cōmissum: quod ei beatitudinis causa prouenerat.

¶ Appolonius autē cū per A omne tempus vite nichil vite monachice didicisset. Sciens quia nec scribere nec artam etiā exercere posset: ꝓpter etatē omnia medicamina et cibaria oportuna laborantibꝰ ex proprijs pecunijs cōparabat singulasqꝫ tabernas monasteriorum a matutio circuibat vsqꝫ ad horam nonam visitādo languentes ⁊ ministrādo qđ indigerēt. Qui moriturꝰ alio tradidit qđ habebat iubens vt talia vota seruaret. ¶ Mo X yses autē cū seruus cēt propter culpas expulsus e domo est: qui latrocinio deditus hoīcidia mixta cōmisit. Postea vero conuersus. repente huiusmodi philosophie virtute completus est. Cūqꝫ proprijs vite feruore fantasijs adhuc libidinū moueretur: multa abstinentia domabat corpus suū: panē solummodo comedēs et multum opus efficiens. Sex autem annis per totam noctem stans orauit neqꝫ genibus inclinatis neqꝫ oculis ī sommo clausis. Insuper etiā noctāter circuibat cellulas monachorū et lagenas singulorꝫ aqua implebat / cū longe aut decem aut viginti aut triginta stadijs aqua manaret. Qui licet ita domaret corpus: priorem tamen valitudinem non amisit. Fertur enim quia dum quattuor latrones eius inuasissent hospitium comprehendisset omnes atqꝫ ligasset suisqꝫ humeris impositos ad ecclesiam perduxisset in voluntate monachorum ponens quid de illis facere

vellent. Fuit ergo in summa phi losophia et terribilis demonib9 ꝛ presbyter in scithi constitutus vixit annis pene.lxxv. ⁋Sub hoc igitur imperio. y fuit pau lus de libia in schiti nō min9 quī gentos monachos habens. Ni- chil autem operabatur neqȝ per cipiebat nisi quod comederet tā tum. Orabat autem solūmodo. Et veluti quoddam tributū ha- bens impositū trecentas oratio nes deo vnaquaqȝ die reddebat Et ne numero forte delinqueret trecentos lapides ponebat ꝛ sin gulis orationibus lapidem mit- tebat in sinum. Expēsis vero lapi dib9 orones sciebat eē cōpletas. ⁋Tunc etenim pacho- mius abbas in schiti florebat a iuuentute vsqȝ ad seniū optime conuersatus. Quem neqȝ circa anime passionē demon aliquan- do decepit. ⁋Stepha- nus autem circa marcotem ha- bitauit pfecte degens et integra continentia. Qui circa sexagita annos probatissimus monach9 fuit: et atonio magno notissim9. Fuit itaqȝ mansuetus et sapiens locutione suauis et vtilis tristā- tium consolabatur animos ꝛ ala critatē ruocabat licet necessaria tribulatio proueniret. Talis eti am erat in cladib9 proprijs. De- niqȝ dum infirmitatem icurabi- lem incurrissent et medici putri da membra eius incidissent: ille manibus tamē operabatur pal- marum flectens folia ꝛ presenti

bus persuadens vt de rebus hu iusmodi incidi non dolerēt neqȝ aliud cogitarent nisi de bono fi- ne. Deus inquit que fecit cūcta vtilia fūt. Ego autem noui quia huiusmodi passiones pro pecca- tis eueniunt. Et meli9 est hic pe nas soluere: q̄ post mortem per petua supplicia sustinere. ⁋Pi or autem cum de domo patris ad philo- sophiam cōuersio- nis exiret: promisit denuo nullū se propiquorum de cetero fore vi surum. Post quinquaginta ve- ro annos dum eius soror eum vi dere vellet ꝛ habitare in heremo cognouisset: non cessabat donec eum inspiceret. Quā dū episco- pus loci iā grādeuam propterea videret affligi: scripsit presulib9 heremi vt priorem dirigerent. At ille quoniā contendere nephas est iussionibus seniorū obediēs: et assumens quendam venit ad patriam. Cumqȝ ante ianuas do mus sue accessisset et suum nun- ciasset aduentum: veniente ger- mana clausis oculis dixit. Ecce ego sum prior quanto vis aspectu satiare. Tunc illa gratificata lau dauit deum. At ille oratione fa- cta remeauit ad heremū: vbi fo- diens aquam inuenit amaram eaqȝ vs9 est vsqȝ ad vltimū vite di em. Post cuius obitum nullus illic habitare preualuit. Ego au tem reor quia per orationem eā ad suos vsus fecit dulcem: dum etiam alibi non extantem oratio ne meruerit emanare. Item cum

moyses ⁊ eius monachi puteum aliquando foderent et nec venā aliquam reperirent: nec amplius iam fodere altitudo permitteret medio die superuenit prior et oratione facta descendit in foueam. Cumqꝫ tercio percussisset terram mox emanauit aqua. Cumqꝫ oratione facta discederet: illis eum petentibus vt vel ex aqua gustaret: ad hoc inquit directus sum: et propter quod veni peractum est. ¶ Ammonium itaqꝫ ferunt nimis eruditū: origenis dydimiqꝫ discipulum a iuuentute vsqꝫ ad nouissimum diem preter panem assum nichil aliud comedisse. Hunc dum voluissent quidam ad episcopatum protrahere nec ille posset eos sermonibus euitare: abscidit propriā aurem dicens. Jam modo neqꝫ volente me quis ꝙ patitur ordinari dum ecclesiastica regula corpore perfectos exquirat. Proinde discedentibus illis et denuo remeantibus atqꝫ dicentibus quia morum perfectionem potius ecclesia ꝙ corpus exquirat: iurauit etiam linguam suam abscidere si ei vim niterētur inferre. Quo audito qui venerant recesserunt ¶ Eo siquidem tempore fuit euagrius vir eloquentissimus a gregorio episcopo nazā zeno decenter eruditus: cuius etiam fuit archidiaconus. Ferūt enim eū aspectu fuisse pulcherrimum: et circa cultum vestitus ornatum. Cumqꝫ eum quidam senator zelotipus vxoris sue cognouisset esse notissimum: ei mortis parabat insidias: que ad perfectum peruenire potuerunt: nisi ei quedam terribilis et salutaris visio predixisset. Vidit enim in sōno quasi pro crimine fuerit comprehensus: ferroqꝫ vinctus pedibus manibusqꝫ ad suppplicium duceretur. Quod dum fieret quidam protulit euangelium: ⁊ promisit eum de vinculis esse soluendum si ab vrbe constantinopolitana discederet. idqꝫ compulit sibi iureiurando promitti. At ille tactis euangelijs hoc se complere promisit: et vinculis solutis expergefactus est: ac sacre credens visioni pericula declinauit Tunc ab vrbe constantinopolitana venit in hierosolymā. ¶ Fuerunt etiam i rinocoruna non peregrini sed prouinciales viri philosophiaqꝫ florentes. Inter quos fertur melas episcopus huiusmodi fuisse benignitatis. Dum missi fuissent qui episcopos resistentes arrio deportarent exilio: venerunt ad huius ecclesiam. Quem dum inuenissent veluti vltimum ministrum candelas ecclesie preparātem: interrogauerunt vbi esset episcopus. Ait ille. Ego inquit vos episcopo nunciabo. Tunc ex itinere fatigatos ad episcopum duxit: et apposita mensa pauit vt valuit. Postea ministerio completo ciborum dixit his quos apposita mēsa refecerat se

esse episcopū. At illi mirati virū causas aperuerunt et reddita reuerentia ei dederūt fugā. Tunc ille. Non inquit declinabo quod mei similes libentissime susceperūt: sed volens ex illis precepta suscipio. Huius frater salomon ex negociatore conuersus ad magnū philosophie culmen A euectus est. ¶ Hoc tempore epyphanius qui postea cipri fuit episcopus: iter heremitas maximus habebatur. ¶ Fuit etiam in carris protogenis episcopus post vitum: qui vt ferūt sibi professus est in domini epyphania reuelatum quia vidisset imperatorem constantinum queadmodū ei deus futura monstraret et iuberet vt quod ei diceret obediret Apud hosita qz tanta abstinentia vigebat vt propter multa ieiunia dentes eorum vermibus ebullirent Alios vero quosdam vsqz ad octogita annos panem ferunt penitus non gustasse. Helyodorū plurimas insomnes duxisse noctes ieiunio qz septenos cōtinuasse dies. Multi quoqz apud palestinam et syriam atqz persas fuere monachorum quorū si nomina conscribere quispiam voluerit multos libros implebit.

Theodoricus.

¶ Capitulum. ij.

Eo siquidem tēpore in constantinopolitana vrbe comprehendentes arriani quosdam religionis pie presbyteros: eosqz mittentes in nauem inermem et trahētes in pelagus alijs quippe in alia naue sequētibus: immisso igne cremauerunt. Quo facto sancti viri cū igne atqz mari pugnātes nouissime sunt absorpti et triumpho martirij coronati

¶ Capitulum. iij. A

In anthiochia vero valēs plurimo tēpore commoratus omnibus licentiam dedit gentilibus atqz iudeis necnon et hereticis. Nam et gentiles festiuitates agebant demonibus ministrantes: et post iulianū a iouiniano ydolatrie vanitates extinctas florere rursus iste permisit: et iouis cultum atqz dionysij sacraqz cereris iā non in occulto tanqz sub pio īperatore celebrabant sed per mediam plateam bacchātes vbiqz currebant. Illis tantummodo tūc princeps erat inimicus: qui apostolicam doctrinam predicare videbantur. Et primum quidē a sacris basilicis fecit expelli: quibus iouinianus famosissimus īperator nouam dedit ecclesiam. Tuncqz in monte sacra celebrarēt hymnis laudantes deum: et diuinis illic eloquijs perfruentes licet aeris aduersitatem sepius sustinerent / aliquando pluuijs: aliquando niuibus aliquando gelu frequēter ignis ardore me

cerati: neqꝫ in huiusmodi locis laudibus diuinis eos frui pmisit sed missis militibus effugauit. Tunc B flauianus atqꝫ dyodorus veluti quedam propugnacula iaculis imminentibus resistebant. Nam cum melecius eorum pastor seorsum degere cogeretur: isti curam gregibus adhibebant. lupis quidem obijcientes propriam fortitudinem et sapientiam suã. ouibus autẽ curã congruam iugiter offerentes. De montanis autẽ locis expulsi cõtra ripas vicini fluminis pascebant oues. Non eni patiebantur secundũ israelitas captiuos in babilone organa sua suspẽdere: sed laudabant creatorẽ et largitorẽ deum in omni loco dominationis eius. Sed neqꝫ in hoc loco concilium piorum quietum esse permisit hostis seruorũ xp̄i Veruntamen concordia illorum mirabilium pastoris magni discipulorum ad exercitium factas oues enutriens: spiritualia pascua ministrabat. Et dyodorus q̃dẽ sapientissimus atꝫ fortissimus velut q̃dã fluuius pspicuus atqꝫ torrẽs oues q̃dẽ proprias irrigabat luporum vero blasphemias penitus diluebat: ꝛ generis sui nobilitatem spernens libenter sustinebat quamlibet pro fide calamitatem. ¶ Flauianus vir optimus et ipse genere nobilissimus honestatẽ solam iudicabat esse pietatẽ ꝛ velut puer exercitatus maximũ dyodorum quasi quẽdã infinitorum certaminũ vigebat athletam. Illo nanqꝫ tẽpore nõ contionabatur inter ecclesiastica collegia: sed hoc agentibus multa solatia conferebat consiliorũ et scripturarũ ꝛ expositionũ Et doctores quidẽ contra arrianas blasphemias tendebãt arcus Iste vero velut ex quibusdã pharetris sue mẽtis sagittas cõgruas offerebat: et non solũ domi sꝫ etiam publice hereticis resistẽs rethia eorũ facilius erumpebat: et labores ostendebat araneas.

¶ Capitulũ.iiij.

Cum his itaqꝫ laborabat afrates cuius conuersationẽ alio loco conscripsimus. Is eni omniũ salutẽ sue quieti preponens et speluncam deserẽs propriã pastorales sudores aggressus est. Quãtas vero virtutis diuitias congregauit nunc referre superfluũ est. Unũ tantũmodo eius debet dici quod huic hystorie valde congruit. A boree parte fluuius currit orontes circa palatium. a meridie vero est maxia porticus vndiqꝫ: turres excelsas habens Inter palaciũ vero et flumẽ platea ẽ qua egrediẽtes ex vrbe mittit ad suburbanos agros. Per hãc plateã dũ transisset afrates ad hostilia certamina properabat vt sacris ouibus curas necessarias exhiberet Hũc de palatio respiciens iperator vilissimo palliovidit indutũ: et in longeua se-

nectute celeriter properantem. Cumqꝫ dixisset quidam quia iste esset afrates in quo ciuitas vniuersa penderet. Dicit ei imperator. Dic michi vbi vadis? At ille sapienter respondit et congrue. Pro tuo inquit oraturus ipio. Tunc imperator. Oportebat te domi inquit orare secūdum monachicum morem. At ille sāctissimus. Optime inquit dicis. Si sic quoqꝫ permitteres hoc me facere oportebat. Et hoc hacten⁹ egi donec christi oues pace pristina fruerentur. Quia vero tumultu maximo commouentur/ et periculi onus ĩpedit ne captiue teneantur necesse est vbiqꝫ discurrere: easqꝫ a necessitate saluare. Sed dic michi tranquillissime iperator. Si puella essem in cubiculo residens et ad lana:m vacās viderem qꝫ paternam domum ignibus concremari quid me facere congruebat? sedere intus et ardentē contēnere domū: an certe discurrere vbiqꝫ aquam ferre: flāmas extiguere? credo quia dicis hoc potius fuisse faciendum. Id eni puelle sapientis est opus. Hec ꝗ̃ fit nunc igit͛ iperator. Te nanqꝫ in paternā domū nostram mittente flāmas discurrimus vt eas velociter extiguamus. Hec illo dicente interminatus est quidē sed tacuit iperator. Unus eni cubicularius iperatoris aspere respondens viro sanctissimo huiusmodi cladē noscitur pertulisse. Is eni habebat balnei curam vbi post hec verba descendens vt iperatori pararet ingressus ĩmēte percussus in aquam feruentē descendit ibiqꝫ defunctus est. Sedebat iperator expectans: vt eo renunciante lauaret. Eoqꝫ tardante misit alios viros cur moraretur. At illi ingressi viderunt eū in solio feruente defunctū atqꝫ solutum. Quod dū nunciatum fuisset iperatori cognouerunt virtutem orationis afrate: non tamen ab impijs dogmatibus recesserūt sed secundū pharaonē induratū est cor eorum.

¶ Capitulum quintum.

Hac itaqꝫ tempestate iulianus famosissimus solitudine derelicta venit anthiochiam. Nam cū heretici soliti facile sarcire mendacia: hūc virum sue dicerent esse prauitatis: miserunt ad eum lumē veritatis flauianus atqꝫ diodorus pariter et afrates acatium virtute florentem qui postea berse fuit episcopus: rogātes vt multis hominum milibus subueniret: et aduersariorum fallaciā redargueret veritatisqꝫ dogmata confirmaret. Is ergo vir sāctissimus et veniens et reuertēs: et in ipsa maxima ciuitate quanta miracula fecerit i historia deo amabili a nobis conscripta retulimus. Quia vero totus popul⁹ ciuitatis ad collegia nostra conuenit nr̄ꝫ seculū dubitare quādo.

Res enī inopinabiles ad se probantur vniuersos attrahere. Sȝ qꝛ maxima miracula ille vir operatus est: etiam veritatis hostes nequeunt denegare. Hoc enim et in alexandria tempo- B ribus constantij fecit magnus anthonius. Deserens enim solitudinem: totas circuibat vrbes satisfaciens vniuersis: quoniam athanasius doctrine apl'ice predicatoꝛ extaret: et hostes essent veritatis participes arrij. Sic igitur sciebant illi sacratissimi viri qd tpi vnicuiqꝫ cōgrueret: ꝛ quādo opus erat frui quiete quando necessarium solitudini preponere ciuitates.

Capitulum.vi. A

Fuit igitur illo tempoꝛe in cyrrestis famosissimus acepsemas in cella reclusus et lx. annis neqꝫ visus neqꝫ locutus. Teumatius quoqꝫ mirabilis qui licet oculorum acie priuaretur omnia circuibat: confortans oues lupisqꝫ resistens. Propter quam causā monachicam eius cellulam concremauerunt: sed traianus magister militum fidelissimus aliā et fabricatus multo eū fouit auxilio. Hoc itaqꝫ tempoꝛe B fuit effrē in edissa: in alexandria vero didimus. Et effrem syra vsus lingua spiritalis gratie radios emittebat. Qui licet nesciret doctrinam grecam: multos grecorum eruditosqꝫ redarguit: ꝛ totius heretice prauitatis infirmitatem nudauit. Et quoniam tūc armonius bardisanus quedam cantica componens: et impietatem melodice suauitati permiscens alliciebat audientes: et capiebat ī peste. Iste sumens inde concentus pietatem cantilene ꝑmiscuit: et audientibus suaue nimis et vtile medicamē apposuit. Que cantica triumphatoꝝ martyrum festiuitates hactenus efficiunt clarioꝛes.

Socrates.

Capitulum.vij

Cum igitur imperatoꝛ valens lege precepisset prosequendos esse in alexandria et egipto cunctos oꝛthodoxos/oīa vastabātur Alij nanqꝫ ad iudicia trahebantur: alij mittebantur in vincula: alij verberibus agebantur. Plurimaqȝ supplicia aduersus quietis amatoꝛes ingerebantur. Et dum hec in alexandria fierēt secū dū lucij volūtatem fuissetqȝ ī anthiochiā reuersus euzoius moꝛ ad mōasteria ꝑ egiptum cōstituta processerūt. Duo macharij in exiliū missi multis miraculis claruerunt. magister militū cū multitudine armatoꝛum: ꝛ lucius arrianus. Cunqȝ plurima viris sanctis mala facerent: nec eos vllo mō superarēt persuasiōe lucij patres monachoꝝ mittuntur ī exiliū. Inter quos macharius egi-

ptius: et alter alexandrinus. Cū q͂ venissent in insulam quādam arreptam cuiusdam filiam sacerdotis a demone, clamantemq͂ illis viris cur venistis et hinc nos expellere? suis orationibus liberatam patri restituunt: et ad xpianitatem sacerdotem simul et reliquos habitantes in insula perduxerunt. Qui mox simulachra proiicientes: formam templi i ecclesiam mutauerunt. Baptisabātur enim ⁊ officia christianitatis gratissime docebantur. Sic igit͂ propter consubstantialitatis fidem viri mirabiles probabiliores effecti sunt. Aliosq͂ sanantes firmiorem operibus ostenderūt fidem.

Capitulum. viij.

Eo siquidem tēpore virum alium fidelem produxit deus vt p eum fidei testimonium perhiberet didimum mirabilem virum: qui omni tunc doctrina florebat Is cum paruus adhuc prima litterarum elemēta doceretur passione oculorum perdidit visum. Cui deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonauit. Nam quod per oculos doceri non potuit: auditu vigilanti cognouit q͂ cum a puero fuisset ingeniosus vincebat etiam acute cōspicientes. Facile namq͂ regulas grammatice atq͂ rhetorice artis didicit. Cumq͂ venisset ad philosophiam, mirabiliter dyaleticam, arismeticam, musicam, aliasq͂ philophie disciplinas didicit, animoq͂ recōdidit, ita vt celeriter obuiauerit eis qui oculis inspectoribus talia didicissent. Sed etiam vetus nouūq͂ testamentū sic perfecte cognouit vt multos ederet libros. Qui ⁊ de trinitate tres libros fecit et origenis opus de principiis id est peryarchon i terpretatus, in eis explanatiōes reliquit eximias. Fertur enim cum anthonius valentis tēpore propter arrianos venisset in alexandriā vidisse didimum et q͂ dixisse. Non te conturbet o dydime amissio sensibiliū oculorū: tales etenim oculi tibi desunt q͂bus et musce ⁊ pulices nocere possunt. Sed gaude potius quoniā habes oculos quibus etiā angeli coutūtur per quos videtur deus et eius lumen inspicitur.

Theodoricus. Didimus ab infantia priuatus oculis, grāmaticā, rhethoricam, arismeticam et astronomiā, ⁊ sillogismos aristotilis et eloquentiā platonis auditu didicit, non quasi hec veritatē erudirent sed tanq͂ aduersus mendaciū armauerit tatis existerent.

Socrates. Et quoniā aliqui ex nominis similitudine no scuntur errare necessarium est ostendere quoniā alter ē gregorius ponticus ortus ex cesarea ponti nimis antiquus ⁊ discipulus origenis. De isto namq͂ gregorio mult⁹ est sermo i athe-

nis: et beritho: necnon et ponto et vt ita dicatur in vniuerso orbe terrarum. Is enim cum discessisset ab athenis venit in beritho ibiq; iura legebat. Cumq; cognouisset i cesarea libros sacros origenē exponere venit illic explanationes magniloqui illius auditurus. A quo verā philosophiā eruditus: euocantibus parentibus remeauit ad patriam. Ubi primo quidem dum esset adhuc laicus plurima signa fecit: languores curando: demones per epistolas expellendo: paganosq; sermonibus & operibus sibimet subiugando. Huius meminit et pamphilus martyr et eusebius in libris quos de origene cōscripsit. fuit ergo gregorius antiqu⁹ iste discipulis origenis et alter nazāzenus fraterq; basilij. Fuitq; alius gregorius alexandrin⁹ arrianus. Capitulū.ix.

Ea tēpestate nouatiani habitātes ī phrigia festiuitatem pasche mutauerunt. Quomodo autem gestum sit dicam. primo tamē referens cui⁹ rei gratia circa phrigiam paflagoniorumq; gentes seuerius ecclesiastica regula cō seruetur nouat⁹ presbyter sei ab ecclesie romane cōmunione suspendit qm cornelius episcopus fideles qui sacrificauerant tempore facte persecutionis a decio in cōione receperat. Pro hac itaq; causa segregatus & ad episcopatum a cōsortibus suis episcopis euocatus scribebat ecclesijs ne eos qui demonibus imolauerant ad sacramenta suscipe rent sed inuitarent quidē ad penitentiā remissionē vero dei relinquerent potestati: cuius soli⁹ est peccata dimittere. Tales epl'as suscipiētes: in vnaquaq; prouincia secundū proprios sensus responsa reddebant. Cum ergo ille mādaret vt non oporteret sacris interesse misterijs: eos qui post baptisma peccatū cōmisissent qd ducit ad mortē quibusdā quidē videbatur amara nimis et dura hmōi regula. Alij vero veluti iustā rectamq; suscipiebant. Inter hec mota questio est venerūt littere cornelij romani presulis: que remissionē peccantibus etiā post baptisma promittebāt. Sic ergo ambobus diuersa scribētibus et ex diuinis eloquijs sua sēsa firmantibus. singuli prouīcialiū diuersas sunt secuti sētētias. Sanantes nāq; sanare promissa remissione etiā reliquo tempore deliquerunt. Unde videtur quia gētes phrigum castiores ꝙ alie magis esse noscuntur. Nouatus itaq; licet propter conuersationem subtilissimam segregauerit semetipsū. tamē nō mutauit pasche festiuitatem. Nā secundum patres hesp̄ios etiā iste celebrabat. Agitur enim apud illos pasca post equinoctium olim: et ex quo christiani esse ceperunt. Sz iste quidem postea sub persecu-

tione valeriani principis marty rio terminauit vitam. Qui vero q ex eo nomine habuerunt eiusqz fuere participes ferũ ↄcilio pau corum episcoporum in vico pazeno vbi sunt fontes sagarij fluminis: regulam protulerunt vt iudeos obseruent azima facientes: et cum eis agant pasche celebritatem. Postea tamẽ etiam nouacianorum ecclesia propter illud concilium noscitur esse diuisa.

¶ Capitulum. x. A

EO tempore dũ valentianus imperator nullam heresim perturbaret: post liberium rome damasus ordinatur episcopus: simul et vrsinus ex dyacono eiꝰ ecclesie in basilica sicininensi latenter Ob quam rem multis seditione vel prefectu maximini animaduersione punitis: remoto vrsino damasus remansit episcopus.

¶ Theodoricus. ¶ Tunc itaqz apud hesperiam damasus romanus et ambrosius mediolanus spiritalibus iaculis feriebant hostes. Cum quibus etiam illi qui ad longa fuerãt exilia destinati: litteris confortabãt suos et aduersarios destruebant. Quos diuina ꝓuidentia gubernatores in fluctuatiõe preparauit et militum sapientissimos duces in prelijs.

¶ Socrates.
¶ Capitulum. xi. A

INter hec igit valentinianus imperator hesperie cõtra legatos sauromatarum vehemẽti furore commotus: eruptione venarum fluxu sãguinis expirauit pᵒ consulatum gratiani tertium: et equitij septimadecima die mensis nouembris: anno vite quinquagesimoquarto imperij vndecio. Quo moriente: yta B lie milites sexta die post eius mortem valentinianum puerũ eius filium ad imperij culmĩa prouexerunt. Cuius imperiũ frater. s. gratianus et valens et patruus licet ingrate quod eis ignoranti bus factum sit: tamen postea susceperunt. Hoc itaqz modo valẽtinianus minor i paterno successit imperio. Is enim natꝰ est de iustina quam viuẽte seuera priore coniuge valentinianꝰ hoc modo duxisse probatur vxorem. Iustus iu C stine pater cum esset piceni iudex: constãtij temporibus vidit in somnis quoniam ex dextro femore imperialẽ purpurã genuisset. Cũqz visio ꝑ multos recitaret ↄstãtij aures vsqz ꝑuenit. At ille considerans somnium tanqꝫ imperator ex eo nasceretur: mittens occidit iustum. Cuius filia iustia cum orphana remansisset a patre virgo permãsit. Posteriore vero tempore ꝑuenit ad seuere noticiã: ad quãz frequentius veniebat et amabatur: ita vt etiam cum ea balneis

vteretur. Cunq; seuera secum lauantem iustinam diutius inspe-xisset/pulchritudine virginis obligata ē ⁊ dixit imperatori: q2 sic esset speciosa virgo iustina vt etiam ipsa licet esset mulier/ei⁹ tamen amore sit capta. Uerum imperator eius sermone concepto iustinam ducere tractabat vxorē non tamen seueram abijcere ex qua gratianus fuerat nat⁹: quez paulo ante firmarat imperatorē Legem itaqz protulit publice p ciuitates propositam sanciētem vt liceret volentibus habere duas vxores. Cūqz lex posita haberetur: iustine ipse cōiunctus est ex qua natus est valentinianus iunior et filie tres iusta: grata: et galla: quarum due quidem i virginitate manserunt: gallam vero postea maior theodosius imperator duxit vxorē. Ex qua placidia noscitur ei esse progenita. Nam archadium et honoriū ex placella priori coniuge habuisse cognoscitur. ¶ Sosomenus.

¶ Capitulum. xij.

Interea valēs in anthiochia syrie degens: cōsubstantialitatis cultores vehementer iseque batur: nisi eum liber themistij philosophi reuocasset: in quo perorauerat quia cum esse non oporteret infestum propter discordiam ecclesiasticorum dogmatum: quando etiam apud paganos vltra trecētarum sectarum differentia videretur: et vnusqsqz pro dogmate proprio in sentētia diuersa consisteret: et si forte hoc deo gratum potius esset dū non facile cognoscitur ⁊ diuerso modo glorificaꝶ/quatinus vnusquisqz amplius timeat dum integritatem eius scientie vel quomodo aut qualis quantusqz sit magis ignorat. His ergo themistij rōcinationibus aliquantulū mitior factus est imperator.

¶ Socrates.

¶ Capitulum. xiij. A

Non tamen omnino se ab indignatiōe suspendit: sed pro morte imponēda sacratissimis viris decernebat exilia donec eius impetum causa huiusmodi reipublice remouisset. Barbari trās histrum constituti qui vocantur gothi ciuile bellum inter se duabus partibus ꝯmouerūt. Unius preerat fridigernus: alterius athalaricus. Cunqz preualuisset athalaricus: fridigernus ꝯfugit ad romanos: eorūqz postulauit auxilium. Quo cognito valens precepit trachie militib⁹ vt barbaris auxilia commodarent. Hoc solatio victus athalaricus est etiam fuga versus. Ob hanc ergo causam fridigernus volēs aliquod beneficium repēsare valentinū suis oībus dogmata ei⁹ religiōis amplex⁹ est. Uñ hactenus gothi arriani esse noscuntur Tunc etiā vulfilas gothoꝝ epūs

litteras gothicas adinueit: ⁊ scri pturas diuinas in eam conuer= tit linguam. ¶Cum igitur non so= lum fri digerni gothos: sed etiã athalarici vulphilas edoceret: tunc athalaricus videns religio nem patriam violari: multos ar rianoꝝ supplicijs tradidit: quos arriani martyres nũc appellãt Non vero post multũ denuo in= ter se barbaris cõpacatis: a vici nis gentibus hunoꝝ depredabã tur. Expulsi de proprijs ad roma norum loca confugiunt seruire potius volentes imperatori.

Hoc dũ cognouisset valens ni= chil futuri prouidẽs: terras eis tribuit trachiarum: arbitratus preparatũ se contra omnes bar= baros habere solatium: ac pro= pterea milites de cetero neglige bat: et eos qui dudũ ꝯ hostes ela borauerant despiciẽs: etiam col latores prouincie per vicos et ci= uitates ꝑ vnoquoq milite octo= ginta solidos exigebat: qui dudũ eoꝝ tributa releuarat Hoc ergo fuit initium vt illo tp̃e romanoꝝ respublica calamitatibus subde retur. Barbari nanq cũ trachi= am tenuissent: licenter romanoꝝ prouinciã deuastabãt Hec audi= ens valẽs cũ ab orthodoxoꝝ exi= lijs nõ quiesceret: tunc tamẽ hac se necessitate suspẽdit. Turbat⁹ enĩ ab anthiochia ad ꝯstantino= polim venit. Unde etiã aliquãtũ xpianoꝝ persecutio tũc cessauit.

¶Theodoricus. B

¶Interea valens imperator dũ gothorum gentem commouisset ad prelium: apud bossorum tunc fatu⁹ vires sue ĩfirmitatis agno scens: misit ad fratrem solatia pe tens. At ille rescripsit: quia reli= giosum non esset talem virum iu uare qui deo rebelli existeret: s; magis esse iustum vt eius super bia sedaretur. Quod dũ ille mi= serrimus agnouisset: licet maio= ri necessitate constrictus non ta men a sua nimietate cessauit: sed fuit veritati rebellis. Terentius igitur inter hec victor reuersus est ab armenia vir optimus ⁊ pie tate decenter ornatus. Tunc ei iussit valens poscere dona q̃ vel= let. At ille quod decebat pium vi rum cogitare respondit. Petijt enim non aurum: nõ argentum: non predium: non cingulum: ne= q donum. sed vt eis qui pro apo stolica doctrĩa pericula sustinue rant vna preberetur ecclesia.

At ille petitionẽ ex scripto susce ptam cognoscens: que illic tene bantur ascripta dirupit: eumq alia postulare precepit. Uerum ille colligẽs verba precum susci pe inquit o imperator et habeto donum. Aliud vero non postulo intentionis mee iudex est vniuer sorum iudex. Cum ergo valens transacta bossoro venisz in thra ciam / primum quidem in cõstã tinopolim commoratus est pre= parans bellum deinde traianum cum expeditu contra barbaros destinauit. Cumq remeasset ille deuictus / derogabat valens ei

moliciem & causam timoris ascribes. At ille vsus fiducia viro fortissimo congruenti. Non inquit imperator ego sum victus sed tu victoriam perdidisti dum deo resistis: et illius solacia barbaris facis potius oportuna. Dum enim a te expugnatur pro illis pugnat. Et necesse est dei sequi victoriam. An nescis quos ab ecclesiis expulisti vel quibus eas contradidisti? Hec eadem arantheus et victor magistri militum sunt professi: et imperatorem ne tunc indignaretur ammonuerunt. Aiunt D etei ysaac monachum habentem cellulam illic cum videret eum ingredientem ad pugnam cum clamore dixisse. Quo vadis imperator qui pugnas aduersus deum quem non habes adiutorem? Ipse enim contra te barbaros mouit quoniam & tu aduersus eum blasphemas linguas plurimas incitasti. Et qui ei psallunt sacra: domibus expulisti. Quiesce ergo rebellare: & ille facit bella cessare. Redde gregibus pastores eximios: et victoriam sine bello percipies. Si vero nichil horum agens pugnare contendis: experimento cognosces quod durum est contra stimulum calcitrare. Nam neque reuerteris: et exercitum vehementer amittes. Betranion autem omni virtute clarus vniuerse scithie presul habens zelo fidei cor accensum pro corruptione dogmatum et iniquitatibus quas contra sanctos agebat valentem sepe redarguit clamans cum sacratissimo dauid. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar. Qua E tamen gratia barbari arriano sint viciati languore narrabo. Tempore quo transeuntes histrum pacem cum valente fecerunt tunc presens eudoxius suggessit imperatori vt ei gothi communicarent. Dudum enim diuine scientie radiis imbuti apostolicis dogmatibus pascebantur. Communio inquit vnius dogmatis firmiorem faciet pacem. Hoc valens laudans a ducibus gothorum exegit vt dogmatum quoque concordiam retinerent. Illi vero dicebant paternam se mutare non posse doctrinam et illo tempore vulfilas esset eorum episcopus quem valde sequebantur eiusque verba quasi leges immobiles estimabant: hunc verbis pecuniisque flectens eudoxius egit vt barbari communionem amplecterentur imperatoris: sic decipiens eos ac dicens certamen esse verborum non differentiam dogmatum. Quamobrem hactenus gothi maiorem quidem patrem filio dicunt creaturam vero filium nequaquam dicere patiuntur licet hoc asserentibus communicare videantur.

¶ Socrates.
¶ Capitulum.xiiii.

Hoc itaque tempore imperatore ab anthiochia discedente confortati sunt

qui ab. eo persecutionem patie-bantur et maxime alexandrini. Petro quippe reuertente de roma cum litteris damasi romane vrbis antistitis: confirmantis cō substantialitatis fidem et petri episcopi roborantis ordinationē. Quo facto populus sumpta fiducia lucium expulit et reduxit petrum. Sed lucius cōstantinopolim nauigauit. Petrus cum paucum vixisset tempus reliquit fratrem suum thimotheum successorem.

Capitulum. xv.

Porro valens cum. xxx. die maij mensis sexto consulatu suo: et valentiniani iunioris secundo constantinopolim venisset inuenit populum in mesticia constitutum. Barbari namq3 per trachias discurrentes: etiam constantinopoleos suburbana vastabant: non existente qui eis resistere fortiter preualeret. Qui dum vsq3 ad muros venissent vrbis: aflicta ciuitas murmurabat: quasi eos imperator illic euocass3 dum nec resisteret et magis bella protraheret. Circenses ludi igitur agebantur: et illic imperatori clamabant da arma τ nos pugnabim⁹. Hinc accensus imperator. xi. die iunij mensis egreditur: interminatus penas se pro iniurijs cum rediret constantinopolitanis ciuibus exacturū. Et qui primitus videbantur procopio prebuisse solatium. ita vt ciuitatem aratro vertere minaretur. Deduxit igit ciues vsq3 ad vrbem hadrianopolim que est i cōfinio macedonie.

Theodoritus.

Et exercitu quidem premisso ipse in quodam vico victoriā sustinebat. Porro milites barbarorum impetum non ferētes alij fugiebant alij necabantur. Barbari autem venientes ad vicum vbi valens agnita proditione se celare nitebatur: immisso igne concremauerūt cum vico etiam pietatis inimicum.

Socrates.

Qui terminum vite sortitus est nona die mensis augusti / eodem consulatu id est quarto anno ducentesime octogesime none olimpiadis. Aiūt aliqui eum igne cōsumptum cum in vico fugisset / quem barbari cōcremauerunt. Alij vero ferunt quia mutato imperiali habitu ad pedestrium venit exercitum. Et cum equestres se tradidisset pugnare nolentes: in congressione vniuersos pedestres repente confossos. Ubi dicūt ipsum quoq3 ignoto vulnere fuisse prostratum. Defunctus est anno vite quinquagesimo. Qui cum fratre regnauit annos. xiij. post fratrem vero tres. taliq3 sorte defunctus est.

Explicit liber octauus.

Sequuntur tituli libri noni.

Tituli libri noni.

Incipit liber nonus.

Capitulum primum.

Igitur defũcto valente denuo barbari vsq; ad muros constantinopoleos venientes: ei⁹ suburbana vastabant: quapropt̃ ciues que inuenissent arma portantes: hostibus vt poterant resistebant. Uxor enim valentis imperatoris nomine dominica: premia ex erario publico bñ pugnãtibus secundum consuetudinem militum ministrabat. Quib⁹ etiã saraceni prebuere solatia: que eorum regina nomine mania romanorum federata direxerat.

¶ Theodoricus.
¶ Capitulum secundum.

Porro gratian⁹ valentiniani filius: cũ dudum patre defuncto europe sceptra tenuisset: defũcto valente sine sobole: asie quoq; libieq; regna suscepit. Moxq; pietatem quam mente perceperat operibus demonstrabat initiaq; sui regni rerum omnium domino dedicauit. Scripsit itaq; legem precipiens vt expulsi pastores ad sua ouilia remearent: sacreq; basilice eis redderentur qui communionem damasi sequebãtur. Is enĩ damasus romane vrbis episcopus laude dignus: vir mirabilis spe ornatus: dicere facere q; pro apostolicis dogmatibus cuncta festinus: post liberiũ gubernacula suscepit ecclesie.

Direxit igitur imperator cũ huiusmodi lege etiam saborem quẽdam tunc nominatissimum militie principem: ꝛ arriane qui idem blasphemie predicatores veluti quasdam bestias diuinis septis iussit expelli: optimis vero pastoribus ꝛ sacris ouilibus vniuersa restituit. Hoc ergo in vniuersis prouinciis decreuit obseruari.

¶ Socrates.

¶ Gratianus itaq; cum iuniore valentiniano regno potitus: ab exilio reuocatis omnibus legẽ sanciuit vt vnaqueq; religio decẽter sacra celebraret solos vero ab ecclesiis prohibuit eunomianos: fotinianos: et manicheos.

¶ Theodoricus.
¶ Capitulum tertium. A

Tunc igitur in ãthiochia que presidet orienti contentio huius modi causa prouenit. Pro apostolicis dogmatibus laborantes sicut iam dictum est erant diuisi: et alii post calumnias irrogatas eustachio: arrianam abominati vesaniam: apd̃ semetipsos sacra celebrantes paulinum habebant antistitem. Alii vero post ordinationem euzoii cum melecio cõuenientes eius doctrina fruebantur. Ad hec autem appollinaris laodicenus alterius partis sibimet presulatum assumpsit. Qui dũ pietatis indueret vultũ ꝛ apl'icã se fingeret dogmata cõseruare

post paululū manifestus hostis
apparuit. De diuina namq3 natu
ra adulterinis rationibus vtebat
gradus quosdam generans di=
gnitatum. et sacramentum dispē
sationis imperfectum explanare
presumēs: aīamq3 rōnabilē que
corpus regit: priuatam salute cō
firmās. si enim animā non assum
psit ſm illius rōnem deus verbū
neq3 medicinam prebuit/neq3 ho
norem dedit: sed corpus quidem
terrenū ab inuisibilibus virtuti=
bus adoratur. Anima vero ſm
diuinā ymaginē facta in īferiora
permansit ɔtumelijs induta pec
cati qui plurima sup hec vesan9
asseruit. Alij etenī pariter ɔfite=
bātur et ipe ex sctā virgine assum
ptā carnē. Aliqñ xbo cū eā deo ce=
litus descēdisse. Aliqñ eū ipsum
factum carnem sumpsisse nichil
ex nobis aliasq3 plurimas et in
anes fabulas sacris promissioni
bus copulabat/quas in presenti
dicere superfluū iudicaui. Talia
siquidem ille dicens: non solum
suos peste compleuit: sed etiam
quosdam nostrorum fecit hmōi
lepra participari Post paucum
vero ips cū suū viderent oppro=
briū ⁊ ecclesie claritatē pene cū=
cti reuersi sunt: et communionē
ecclesiasticā pcipere meruerunt
non tamen priorē deposuere lā=
guorem sed magis plurimos cō
stantiū latenter sauciauerit. Ex
hac ergo radice in ecclesijs ger=
minauit radix vna carnis deita=
tisq3 natura: et vt diuinitati vni
geniti passio copuletur: et alia q̄
cunq3 populis ⁊ sacerdotib9 cer=
tamina genuerunt: sed hec qui=
dem postea facta sunt. Tunc igit
veniente sabore magistro militie
et ostendente principis legē pau
linus quidem fatebatur se dama
si esse participem. Promittebat
etiam apollinaris hoc ipso lan=
guore celato. Sacratissimus ve=
ro melecius sub quiete degens:
illorum certamina deuitabat.
Porro flauianus sapientissim9
tunc in ordine presbyterij consti
tutus: primo quidē veniēte ma
gistro militum ita ad paulinū lo
cut9 est. Si cōionem damasi o a=
mice sectaris: ostende nobis dog
matum tuorum aperte ɔsortium
Ille namq3 dū vnā trinitatis sub=
stantiam confiteretur tres subsi=
stentias predicabat in apto. Ve=
rumtamē e diuerso subsistentias
perimis trinitatis: ostende itaq3
dogmatum concordiam et susci=
pe secundum leges ecclesias.
Cum ergo illuz his sermonibus
obiurgasset conuersus apollina=
ri dixit. Ammiror te amice sic im
pudenter veritati resistere: cum
aperte noueris quoniam lauda=
bilis damasus perfecte naturam
nr̄am a deo xbo dicit assūptā: tu
xo ɔria fatearis Metē nāq3 nr̄az
salute fraudas. Si āt loqmur te
forsitā accusātes: vel nūc nouita
tē a te natā denega: ⁊ damasi āple
x9 doctrinā lecta suscipe venerā=
da xitatis. His itaq3 rōnibus sa
pientissim9 flauian9 illorū fiduciā

redarguit. Porro melecius om
nium mansuetissimus: omnium
tranquillissimus atq; modestus
pau B lino dixit. Quoniam
et michi harum ouium curā cō=
misit dominꝰ. et tibi similiter ali
arum suscipe hanc solicitudinē:
⁊ communica alterutris sub dog
mate pietatis. Iūgamus amice
greges ⁊ soluamus de presulatu
contentionem communiter paſ=
centes oues curam earum com
muniter offeramus. Si autē de
sede certamen est: ego etiā hāc
cōtentionem conabor expellere.
In sede sacrum ponatur euange
lium: et vtraq; nos parte sedea=
mus. Et siquidem prius ego ter
minum vite suscepero solueris
antistes si vero hoc tibi priꝰ eue
nerit ego rursus gegis habebo
curam. Cū hec ergo meleciꝰ cū
omni mansuetudine protulisset:
paulinus acquiescere nō consen
sit. Tūc magister militie iudex v=
troꝝq; xboꝝ ecclīas melecio tra
didit. Paulinus autē aliaꝝ oui=
um permāsit antistes. Verū apol
linaris presulatu nudatus eccle=
sie nouitatē doctrine sua aperte
īpudētia pdicabat ⁊ ducē semet=
ipm ōndit hereseos et ipe qdē in
laodicia crebro morabat. In an
thiochia vero iā priꝰ vitalē ordia
uerat vita qdē optia decoratū et
apostolicis dogmatibꝰ enutritū
postea tamē hoc lāguore putre=
factū. Porro sacratissimꝰ meleciꝰ
diodoꝝ illū cuiꝰ iā meminimꝰ: q
sub tēpestate nimis asperrima ec
clesie nauem sine submersiōe ser
uauerat: pastorem constituit cili
cie gentis eiq; curam commisit.
Apamie vero pontificalem curā
iohāni dedit. Qui lʒ gn̄e ac nobi
litate fulgebat: tn̄ ꝓgenitores ꝓ
priūs virtutibꝰ adornabat. Hūc
ergo et sermo decorabat et vita.
Is itaq; tēpore tempestatis / cū
fidelium suorum numerum gu=
bernauit: cooperatorem hn̄s lau
dabilem stephanum quem sacra
tissimus melecius ad alia certa=
mina destinauit. Nā dū agnouis
set germaniciū eudoxij peste cor
ruptum: hunc ibi tanq; sapientis
simū medicum destinauit. Erat
enim omni grecorū doctrina ple
nus: et diuinis dogmatibus fas=
cinatus. Quaobrē spe sua frau=
datus non est. Vsus nanq; dono
spiritalis doctrine: lupos muta=
uit in oues. Porro magnus eu=
sebius de exilio remeans: acatiū
summe claritatis virum: in boe=
ria ordinauit epm: in hierapoli
theodotū. cuius mira conuersa=
tio hactenus C decantatur
Eusebium in calchide: i cyro no
fra ysidoꝝ. Aiunt enim quia etiā
eulogium qui ꝓ apostolicis dog
matibus fuerat decertatus / et i
antino cū protogene missus exi=
lio edissa ordinasset epm. Barsis
enim sacratissimus: iam de pre=
senti luce migrauerat. factus er=
go eusebius vltimum episcopus
marin in ciuitate dolichia fecit.
Hec enim parua ciuitas vesani=
am tunc obtinuerat arrianam.

Ubi dum accessisset eusebius vt marin virum plurimis virtutibus decoratum in sede collocaret episcopali quedam mulier arriana peste completa tegulaz de tecto dimisit qua eius caput valde contriuit. Jsq; post paululuz ad vitã meliorem de hac luce migrauit. Qui moriens presentes iurciurando constrinxit/ vt ab ea que hoc fecisset nullomodo penas exigerent: imitatus dominum suum qui de crucifigentibus ait. Pater dimitte eis. Non enim sciunt quid faciunt. Simul & cõseruuz stephanuũ q̃ post multos lapidum iact⁹ clamabat. domine ne eis statuas hoc peccatum. Hoc ergo modo magnus eusebius est defunct⁹. Et q̃ thracie barbaros inuitauit impiorum hereticorum manus declinare nõ potuit: sed martyrũ coronam illorũ ferocitate suscepit. Hec ergo gesta sunt post reuersionem episcoporum.

¶ Capitulum quartum.

Porro gratian⁹ trachiã barbaros vastare cognoscens ytalis derelicta phenicam venit. Ea tempestate theodosius tam propter parentum nobilitatem q̃ pro fortitudie propria nominatissimus habebatur/ & ob hanc causam inuidia similium iudicum fatigat⁹ in hispania morabatur vbi et ortus fuerat et nutritus. Cunq; imperator quid faceret hesitaret. quippe cum barbari eleuati victoria inexpugnabiles esse viderentur: ducatu theodosij pugnã credidit terminari. Repẽte siquidem eum ab hispanijs euocans: et magistrum militum esse denũcians cuz expeditu ad barbaros destinauit. At ille fide munitus confidenter ad trachas est profectus. Quo dum venisset vidisset q; barbaros: exercitũ ordinauit ad pugnam. Congressione facta impetum barbari non ferẽtes suas acies reliquerunt. Et illi quidem fugiebant hi vero fortiter sequebantur. Jmmensaq; cedes tunc facta est barbarorum. Plurimis igitur interemptis paucis q; latenter transeuntibus histrũ mox dux optimus exercitu dispo: per vicinas vrbes ipse velociter remeauit ad principem ita vt ipse triumphorum suorum nuncius extitisset. Quod tamen nec ipsi imperatori duz miraretur factum credibile videbatur. Jnuidi siquidem etiam fugisse cũ dicebant et exercitum perdidisse. At ille derogatus sibi petijt dirigi q̃ viderent hostium multitudinem peremptorum. His verbis imperator flex⁹: direxit qui res actas inspicerent eiq; renunciarent. Porro dux optimus inter hec diuinam visionem vidit: et ab ipso somnium aperte sibi ministratum. Conspexit enim in somnis quia sanctus melecius anthiochene ciuitatis antistes: clami

dem sibi vestiret imperialem: et corona caput ornaret. Hec cum nocte vidisset cuidã mane retulit clericorum. At ille clarũ esse sõnium dixit et nichil enigmaticum nichil dubium continere. Cunqꝫ pauci omnino transissent dies qui pro victorie inspectione missi fuerãt remearũt perempta qꝫ hostium multa milia narrauerunt. Quãobrem letatus princeps theodosium fecit iperatorẽ ¶ Socrates.

¶ Cõsulatu ausonij et olibrij septadecima die ianuarij mensis.

¶ Theodoricus

¶ Traditaqꝫ ei sceptrorũ parte valentis ipse rursus ad ytaliam rediit ⁊ illũ ad regna collata trãsmisit Mox igitur vt imperiũ sũpsit pre omnibus de concordia ecclesie cogitauit: et vniuscuiusqꝫ presulatus episcoporum constãtinopolim conuenire precepit. Hec sola erat arriano plena cõtagio. Nã occidens liber huiusmodi lan B guore permansit. Constantius enim senior filius constantini maioris: et costans iunior paternam fidem integrã seruauerunt Rursus etiam valẽtinian⁹ imperator hesperie: inuiolatam custodiuit fidei pietatem. Orientis autem tractus: multifphariam huiusmodi labe cõpletus est. arrius enim alexandrine presbiter ciuitatis hanc ibi genuit blasphemiam. Post quẽ eusebius patrofilus et ecius palestine: et paulinus atqꝫ gregori⁹ fenicis theodolus. Post q̃os & athanasius et anercissus cilices et alij plurimi male iactata semina nutriuerunt His igitur nequissimis cultorib⁹: fuit cooperator constantius atqꝫ valens. Pro hac ergo solũmodo causa theodosius suo subiacentes imperio constantinopolim congregari ꝑcepit episcopos. ¶ Socrates.

¶ Capitulũ.v.

permiscens crudelitatem: iniustā
operatus est passionem. Quam
rem narrare necessarium est et ꝑ
vtilitate legentium et pro memo
rabili virtutum opinione. Thes-
salonica ciuitas est grandis ⁊ po
pulosa in qua dum fuisset orta se-
ditio: quidam iudicum lapidati
sunt atqꝫ trucidati. Hic indigna
tus theodosius iracundie non re
frenauit infirmitatem: sed iussit i
iustos gladios super omne
ginari: et vna cum nocentibus in

nocētes iterimi. Septē milia ei hoīm sicut fert occisi sūt nō pce-dēte iudicio s; tāq̄ in messib⁹ oēs simul occisi sunt. Huiusmō cladē plenam valde gemitibus audiēs ambrosius: cum princeps medio lanum venisset et solenniter in sacrum voluisset intrare templum: occurrit foris ad ianuas: et igredientem his sermonibus a sacri liminis īcessu prohibuit. Nescis imperator perpetrate a te necis quanta sit magnitudo: neq̄ post causā tanti furoris mens tua molem presumptionis agnoscit: sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij. Decet tamen vt vincat ratio potestatem. Scienda quippe natura est: eius q̄ mortalitas atq̄ resolutio ⁊ pulvis progenitorum ex quo facti atq̄ redigendi sumus: et non flore purpureo confidentem infirmitates operati corporis ignorare. Coequalium hominum pīceps es o imperator et conseruorum. Unus enim est omnium domin⁹ rex omnium et creator. Quibus igitur oculis aspicies cōis domini tēplum? quibus palpabis pedibus sanctum illius pauimētū? quomodo manus extendes: de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? qua presumptione ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies: dum furore sermonū tantus iniuste sit sanguis effus⁹? Recede igitur recede: ne secūdo peccato priorem nequitiam augere contendas. Suscipe vinculum quo te omniū dominus nunc ligat / est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus imperator obediens: erat eni diuinis eruditionibus enutritus et aperte sciens que sunt propria sacerdotum que regum: gemens ⁊ deflens ad regalia remeauit. Cūq̄ octo mensium continuorū transisset tēpus: propinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas Imperator autē lamentationibus assiduis in palatio residens continuas lachrimas incessabiliter expendebat. Ingressus autem rufinus tunc magister et singularem apud principem habēs fiduciam: et videns principem in lamētatiōe ꝓstratū: accessit vt lachrimarū causas inquireret. At ille amarissime ingemiscens: et vehementius lachrimas fundens: tu inquit rufine ludis et mea mala non sentis? Ego autē lamentor et gemo calamitatem meam: quia seruis quidē et mendicantibus aperta sunt templa dei: ꝓprium dominū īgredientes licenter exorant: mihi vero ingressus ad eū non est. Insuper etiā celi sunt michi clausi. hec dicens verba singula singultibus irrumpebat. Rufinus vero Curro inquit si tibi placet: pontificiq̄ precibus persuadeo vt soluatur vinculū quod ligauit. Ait imperator. Non inquit suadebis ambrosio. Noui ego decretum illius eē iustum

neq3 reuerebitur imperialem potentiam vt legem possit preuaricari diuinam. Cunq3 rufinus verbis plurimis vteretur et promitteret ambrosium esse flectendū: imperator eum pergere cū festinatione precepit: ipse vero spe data post paululum est secutus credens rufini promissionibus.

Porro vir mirandus ambrosius mox vt vidit rufinum ait. Impudentiam canum imitatus ego rufine: tante videlicet necis auctor existens: pudorem ex frōte detergens nec erubescis nec metuis cōtra ymaginem latrare diuinam. Cūq3 rufin⁹ supplicaret ꝛ īperatorē diceret cēvētuꝝ [illegible] zelo accensus ambrosius ait. Ego vero cū inquit rufine predico: quoniā cū ingredi sacra limina prohibebo. Si vero imperium in tyrannidē mutabit necem: libenter ꝛ ego suscipio. Hec et alia plurima rufin⁹ audiens nunciauit imperatori votum antistitis: monens ne de palatio forte procederet. At imperator in media iam platea cognoscens pergo inquit et iustas in facie suscipio contumelias. Cunq3 ad sacra limina peruenisset in sācrā quidem basilicam non presumpsit intrare: sed veniens ad antistitem et inueniens eum in salutatorio residentem supplicabat vt eius vincula resolueret. At ille tyrannicam dicebat eius presētiam et contra deum vesanire theodosium eiusq3 calcare leges.

Uerum imperator. Non inquit insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones: nec inique ingredi limina sacra contendo: sed te solue re mea vincula deposco: et cōmunis domini pro me exorare clemētiam: nec michi ianuam claudi quam cunctis penitentiam agentibus dominus noster aperuit.

Tunc antistes Quam inquit penitentiam ostendisti post tantas iniquitates? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasq3 curasti? At imperator.

Tuum inquit opus est et docere et medicamina tem perare, meum vero oblata suscipere. Tunc sanctus ambrosius.

Quoniam furori inquit tuum iudicium commisisti: et non ratio protulit sententiam sed potius iracundia scribe legem que decreta furoris euacuet vt triginta diebus sententia necis atq3 proscriptionis in litteris tantummodo maneat et iudicium rationis expectet. Quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante ratio causam iudicans: apud semet ipsam que cognouerit sub veritate disponat. In his enim diebus agnoscetur an iusta sit quam protuleris aut iniusta sententia. Et siquidem ratio probauerit iniusta que sūt prolata: disrumpet. Si vero iusta: firmabit. Dierum vero numerus ad hec examinanda sufficiet. Hanc ammonitionem imperator animo libenti suscipiens et optimum esse cōfidens legē conscribi repēte precepit: et

proprie manus litteris cõfirmauit Quo facto vinculum ei⁹ soluit ambrosius Que lex hacten⁹ obseruatur. Est enim huiusmodi. Imperator gratian⁹ valentinianus: et theodosius augusti: flauiano prefecto p̄torij illirici. Si vindicari in aliquos seueri⁹ contra nostram consuetudinē ꝑ cause ītuitu iusserimus nolum⁹ stati eos aut subire penā aut excipere sententiam sed ꝑ dies triginta super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatqꝫ custodia et excubijs sollertibus vigilanter obseruet. Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina presumens nō stans dño supplicauit neqꝫ genua flexit sed pronus in pauimento iacens: dauiticā proclamauit vocem. Adhesit pauimento anima mea viuifica me secundum verbum tuum Manib⁹ autem capillos euellens: frontēqꝫ percutiēs et pauimēto lachrimarum guttas aspergens: veniam impetrare poscebat. Cumqꝫ tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre: surgens cum lachrimis est īgress⁹. Cum vero obtulisset sicuti solit⁹ erat intra cancellos stetit. Rursus autem ambrosius nō quieuit sed differentiam locorū edocuit. Et primo quidem requisiuit q̄d ibidem expectaret: īperatore dicente sustinere se sacrorum perceptionem ministeriorū: per archidiaconum remādauit. O imperator interiora loca tantū sacerdotibus sunt collata: que ceteri nec ingredi nec contigere ꝑmittūtur Egredere igitur et hāc expectationem cū ceteris habe communē: purpura nanqꝫ imperatores nō sacerdotes facit. Tūc fidelissimus imperator etiā hāc traditionem animo gratanti suscipiens remandauit. non audacie causa intra cancellos mansi: sed in constantinopolitana vrbe hanc consuetudinem esse cognoui. Unde ago gratias pro huiusmodi disciplina Tali ergo tātaqꝫ et presul et imperator virtute clarebāt. Ego nanqꝫ vtriusqꝫ opus ammiror: illius fiduciam: huius autē obedientiam. Illius zeli feruorem: huius fidei puritatem.

Porro regulas pietatis quas a magno sacerdote percepit: ēt reuersus in cōstantinopolitana vrbe seruauit. Nam dum festiuitatis tempore ad ecclesiam processisset: oblatis in altare muneribus mox egressus est. Cumqꝫ nectarius tunc presul ecclesie mandasset: cur intus stare noluisset mandauit princeps. Uix inquit potui discere que differentia sit imperatoris et sacerdotis: vix enim inueni magistrum. Ambrosium nanqꝫ solum noui: digne vocari pontificem. Tantū itaqꝫ prodest icrepatio a viro virtutibus florente prolata.

¶Theodoricus.

¶Capitulū.xxxi.

Capitulum.xxxii.

Habebat igitur imperator et aliam vtilitatis occasionē p quā de bonis operibus triumpharet Coniux enim eius diuinis legibus eum sepius ammonebat: se ipsam tamen perfecte prius erudiens. Non enim regni fastigiis eleuata est sed poti⁹ diuino amore succensa. Beneficiū nanq; magnitudo magis ei desideriū benefactoris adhibebat Repente nāq; vt venit ad purpuram claudorum atq; debiliū maximā habebat curā: nō seruis: non aliis ministris vtēs sz p semetipsū agens et ad eoꝝ habitacula veniēs: et vnicuiq; quod opus haberet p̄bens. Sic etiam et per ecclesiaꝝ xenodoxia discurrens suis manibus ministrabat infirmis ollas eorum tergens: ius gustans. offerens coclearia: panē frangens ciboſq; ministrans calicem diluens et alia cuncta faciēs que seruis et ministris mos est solennit̄ operari. Illis autem qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere dicebat Aurum distribuere opus imperii est Ego autem pro ipso imperio hoc op⁹ offero: bona michi omnia cōferenti. Nam viro suo sepe dicebat Oportet te semper marite cogitare quid dudum fuisti: quid modo sis Hec si semper cogitaueris: ingrat⁹ benefactori nō eris Sz imperiū qđ suscepisti legalit̄ gubernabis: et harum rerum placabis auctorē His ergo sermonib⁹ velut optimam quandam vtilitatem: virtutisq; abundantiam cōiugi suo sermonibus offerebat.

Capitulum.xxxiii.

Hec itaq; ante maritum defuncta est. Post aliquantum vero tempus mortis eius aliquid tale prouenit: quod maximū amorem quē habuit circa eam imperator ostendit. Coact⁹ itaq; theodosius plurimorum continuatione bellorum quandam illationem nouam imposuit ciuitatib⁹ Anthiochena vero ciuitas nouum vectigal ferre non potuit: sed videns populus su spēdi diuersos egit qđ vulgus solet occasionem seditionis inueniens. Deponentes enim ymaginē ornatissime placelle (sic eni augusta fuerat vocitata) per omnē traxere ciuitatem. Hec audiens imperator et indignatus / abstulit priuilegia ciuitatis et vicine vrbi .i. laodicie tradidit principatū credēs hinc maxime anthiochenos affligere. Post hec autem i cendere ⁊ destruere atq; ad istar vicorum anthiochiam redigere minabatur. Amministratores autem locoꝝ etiā quosdā comp̄hensos interemerunt: ant̄ q̄ hāc presumptionem cognosceret imperator. Hec igitur omnia imperator quidem precipiebat. B non tn̄ fiebant (prohibente legē quam proferri fecit ambrosius

Cum igitur venissent qui portabant minas imperatoris: hellebichus magister militum et cesarius magister officiorū: erant omnes sub formidine constituti.
Porro viri heremum habitātes virtutis propugnatores multi sancti et optimi viri plurima monita simul et preces eis qui a principe missi fuerant offerebant. Macedonius autē vir sanctus C nichil huius vite sciens: sed etiā diuinorum librorum penitus inexpertus in summitatibus habitans montium noctibus ac diebus saluatori omniū puras offerens preces: non imperatoris indignatione permotus / non iudicum ab eo missorum / in media ciuitate vtriusq3 clamidem cōprehendens ab equis suis vt descenderent imperabat. At illi paruulū senē pānis obsitū vilissimis ītuentes primitus indignati sunt. Cum vero quidam obsequia perhibentium virtutem viri illius indicassent: repente ab equis exiliētes et genua tenentes eius veniā simpliciter implorabant. At ille sapientia diuina repletus hec eis verba locutus est. O amici dicite imperatori. Non es imperator solummodo sed etiam homo. Noli itaq3 respicere solum imperium: sed cōsidera quoq3 naturā. Nam cū sis homo eiusdē nature hoībus cognosceris īpare: et f'm ymaginē diuinā atq3 similitudinē hoīm creatura natura ē. Noli igit' crudelit' atq3 seuissie dei ymaginem necibus subiugare. Irritas etenim creatorem / dum illius punis ymaginem. Illud cōsiderera: quia tu ipse tantū propter eream contristaris ymaginē. Quātum enim differat inanimata res animate: viuēti atq3 rationali: cūctis sensum habentibus est apertum. Insuper etiam illud consideret quia nobis quidem facile est pro vna ymagine plurimas ereas preparare. At illi omnino difficile vel vnum capillū restituere peremptorum. Hec audientes illi principiq3 mandantes: flammam iracundie penitus extinxerunt. Qui pro terroribus satisfactionem rescripsit: et causam indignationis innotuit. Non inquit oportuerat me peccante mulierē omni fauore dignissimā post mortem tantam contumeliam sustinere. Aduersum me namq3 furore indignantes decebat armare. Adiecit etiam quia tribularetur et ingemisceret eo q3 audisset aliquos a iudicibus itereemptos.

¶ Capitulum. xxxiii.

Fidelissimus igitur imperator tunc contra errorem paganorū suum transtulit studium: legesq3 conscripsit precipiens ydolorum templa subuerti. Constantinus enim maximus omni fauore laudandus: qui prim9 pietate ornauit imperium: demonibus quidē sacrificare oīb9 interdixit nō tamē eorū tēpla destruxit: s3 inaccess

stbilia esse pcepit. Cuius filij paterna vestigia sunt secuti. Julianus autem renouauit impietatem et flāmā veteris seductiōis accendit. Porro iouinianus imperio sumpto rursus immolationes prohibuit ydolorum. Ualentinianus autem maior huiusmodi legibus vsus gubernauit europam. Porro valens omnibus quidem alijs concessit vt religiones suas colerent sicut vellent. Illos solos impugnans qui pro apostolicis dogmatibus decertabant. Omni siquidem tempore eius imperij et ad aras ignis accendebatur / et libamina atqȝ sacrificia ydolis offerebantur. Sed et per publicas festiuitates: per plateas agebant et orgia dyonisij celebrabant et cum sacris currebant / canes eiusce rantes furentes atqȝ bacantes et agentes omnia que nequitiam proprij doctoris insinuant. Hec omnia theodosius inueniens fidelissimus imperator radicitus euulsit et obliuioni contradidit.

Capitulum .xxxiiij.

Primus igitur aliorum marcellus episcopus lege principis p ermissus p̄prie ciuitatis tēpla destruxit. De fiducia diuina nō de hoim virtute p̄sumens. Quod opus dignum memoria: narrare non silleam. Defuncto iohanne apamie ciuitatis episcopo marcellus vir sanctissimus ordinatus est feruens spiritu secundum apostolum. Inter hec venit prefectus orientis apamiam duos millenarios cum subiectis habens. Quo facto: populus militari timore pterritus est. Ubi dum esset templum iouis valde precipuum et ornamentis plurimis variatum / cum prefectus destruere nitebatur. Uidens autem forte nimiū edificium ac robustum impossibile iudicauit hominibus lapidum iuncturas et commissiones posse dissolucre. Erant eni ingentes et alterutris inligati: insuper et ferro plumboqȝ coniuncti. Porro marcellus pusillanimitatem prefecti videns: eum quidem misit ad alias ciuitates. Ipse vero supplicabat deo vt templa destruendi preberet occasionem. Inter hec venit quidā spōte diluculo non structor non lapidum sector neqȝ alterius cuiuscunqȝ peritus artis: sed lapides ferre et ligna in humeros consuetus. Is ergo accedens promisit facile templum esse soluendum: qui tantummodo accipere mercedem poscebat artificum. Cumqȝ hoc sanctus pontifex promisisset hoc ille machinatus est. Coherebat enim templo in altitudine constituta ex quattuor lateribus porticus: erantqȝ columne ingentes et altitudinem templo habentes equalem. Singularū vero circulus colūnarū erat sexdecim cubitorū Porro nature petre fortissime

que non facile quibuslibet ferramentorum generibus rumperetur. Harū itaqꝫ tres per circuitum suffodiens: et sub earum basibus fortia ligna supponens immisit ignem. Quo facto non poterat ligna naturaliter ignis accēdere. Demon etenim quidam teterrimus apparuit qui flamā vires suas prohibebat operari. Cunqꝫ frequenter hoc facerent et molitionem suam explere non possent: nunciauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille repente ad ecclesiam concurrēs et aquam in vasculo portari precipiens quam posuit sub altare. Ipse vero ī pauimēto posita frōte clementi domino supplicabat ne amplius tyrannidē demonis vllam pateretur habere fiduciā sed vt infirmitatem illius enudaret: et signum proprie virtutis ostēderet ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hec dum dixisset fctō signaculo crucis in aqua quendā dyaconem suum equitium fide et zelo munitum sumere iussit aquā/ et velociter currere et cum fide aspgere: ignēqꝫ supponere. Quod dum fuisset factum demon effugit non ferens aque virtutem. Ignis autem velut oleū habuit illius aque naturam: comprehēsaqꝫ sunt ligna et repente cōsūpta. Colunne vero suffulture solacio nudate: et ipse ceciderūt et alias duodecim vna traxerunt. Tum latus quod coherebat templo violentia ruine depositū est. Sonus autem totam concutiēs ciuitatem cunctos fecit ibi concurrere. Et dum inimici demonis aperte cognouissent fugam in diuinis laudibus ora soluebant. Sic enim et alia templa sacratissimus pontifex ille destruxit. Qui et victoribus scribebat martyribus et rescripta suscipiebat et nouissimo etiam ipse martyrio coronatus est.

Socrates.

Capitulum. xxxv.

Hoc itaqꝫ tēpore placuit vt presbyteri qui erant super penitētes cōstituti remouerētur propter huiusmōi causam. Ex quo nouatiani ab ecclesia sunt diuisi et cū his qui deliquerant sub persecutionibus imperatoris decij communicare nolentes/ ex illo episcopi pro ecclesiastica regula p̄sbiterū super penitentes esse constituerunt.

Solomenus.

Non omnino nō peccare diuinū et vltra humanam naturā esse cognoscitur. Peccantibus autē et penitentiā agentibus veniā deus dari precepit. Qui vero cōfiteri refugiunt maius peccatorū onus acquirunt. Propterea visum est antiquis pontificibus vt velut ī theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandātur. Et ad hāc causā presbyterū bone conuersationis seruantem qꝫ secretum ac sapientem virum

statuerunt Ad quem accedētes hi qui delinquebant delicta propria fatebantur. At ille secūdum vniuscuiusq culpam indicebat et mulctam. Quod etiam hacten⁹ diligenter in occidentalibus seruatur ecclesiis. et maxime apud romā vbi etiam locus est cert⁹ penitentium. Stant enim rei et velut in lamentatiōibus cōstituti. Dum enim sacra celebratio fuerit adimpleta: illi communionē non percipientes cum gemitu et lamentatione semetipsos in terra prosternunt. Ad quos concurrens episcopus et ipse cum lacrimis et gemitu spirituali ꝓsternitur et omnis ecclesie plebs fletibus inundatur. Post hoc autē prior surgit episcopus / et eleuat iacentes a terra. Tunc competenter pro penitentibus facta oratione dimittit omnes. At illi afflicti oībus sponte vacantes: aut ieiuniis: aut abstinētia lauachri: aut suspensione ciborū: aut rebus aliis que iubentur expectāt commune tempus quod decreuit eps. Constituto vero tempore velut quoddam debitum exsoluentes afflictione peccatum curati cum populo communione participant. Hec ergo antiquit⁹ romani pontifices vsq ad nostrum conseruauerunt tempus. Porro constantinopolim presbyter super penitentes fuit vsq ad illud tempus: quo quedam mulier nobilissima dū peccata sua fuisset confessa et ei a presbytero preceptum vt ieiunaret: et deo operibus supplicaret dum hoc seruaret crebrius in ecclesia cum dyacono se concubuisse cōfessa est. Hoc dū popul⁹ agnouisset: seuiebat sup sacerdotes quasi per eos facta fuisset iniuria ecclesie. Tunc nectarius episcop⁹ remouit dyaconum sceleratum: et qbusdā suadētib⁹ vt singulos ad communicandū iudicio conscientie sue relinqueret: etiam presbyterum nequaq super penitentes esse precepit. Et ex illo antiquitatis consuetudo sublata est dum vt arbitror minora peccata pro pudore confessionis et subtilitate examinantium patrarentur.

¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxxvi. B

Dignum itaq iudico non tacere que apud alios gesta sūt idē apud arrianos: nouatianos macedonianos: et eunomianos. Ecclesia namq diuisa erat et apud semetipsos singuli congregabātur. Quemadmodum enim et pro quibus causis diuisi sunt sermone procedente narrabimus. Hoc autem sciendum est quia imperator theodosius nullum horum persequebatur preter eunomium qui constātinopoli collectas in domo faciebat et conscriptos a se libros recitabat: ita vt eius doctrina multi corrum-

perentur. Pro qua causa B eum mulctauit exilio: nullumq3 alium fatigauit neq3 sibimet cõmunicare compulit: s3 singulos per loca propria collectas celebrare permisit: et cultum tenere christianitatis sicut pcipere potuit et alios quidem permisit foris ciuitatem oratoria fabricare Nouatianos autem concordes sue fidei intra vrbẽ ecclesias habere concessit. De quibus pauca dicenda sunt. Quadraginta annis agelius presul fuit a temporibus cõstantini vsq3 ad annum sextum theodosij. Qui cũ venisset ad mortem sisinium presbyterum ordinauit episcopum viru3 eloquentissimũ et a maximo philosopho vna cũ iuliano imperatore litteris eruditũ. Cunq3 populus nouatianorum culparet ordinationem cur non martianum potius ordinass3 per quem sub valente nouatiani sine persecutione mansisset: tunc agelius populi volẽs placare tristitiam etiam marcianum ordinauerũt episcopum. Et cum meleciu sha buisset in ecclesiã processit et sermonem fecit dicens. Marcianũ habetis post me/ post marcianũ vero sisinium. Post paucos vero dies defunctus est. Sub episcopatu vero marciani etiam eorum ecclesia ex huiusmodi causa diuisa est.

¶ Capitulum. xxxvij. A

Sabbacius quidam ex iudeo fact⁹ christian⁹: et a marciano ad presbyteratus honorem prouectus nichilominus secte iudaice seruiebat. Cum quo scelere ambiebat episcopatum. Assumens ergo sui desiderij conscios duos presbyteros theoctistum et macharium: nouitatem festiuitatis paschalis sub valente imperatore cõstitutam in vico phrygie pazo defendere nitebatur. Et primum quidem quasi pro ecclesie integritate custodienda dicebat non esse dignos quosdam participatione sacramentorum. Procedenti vero tempore manifestatus est dum collectas proprias celebraret. Inter hec marcian⁹ cognoscens eius errorem et ordinationis sue culpã: quoniã vane glorie homines presbyteros ordinauerat: cũ gemitu dicebat melius fuisse sup er spinas ponere manus suas q̃ sabbacium ordinasse presbyterum. Proinde synodum in sagario bithinie nouatianorum fecit episcoporum. Quo congregati euocauerunt eos vt coram synodo causas dissensionis sue proponerent. Cũq3 sabbatius discordiam festiuitatis paschalis suã diceret esse tristiciam: ꝛ oportere vt secundum iudeoꝝ obseruationẽ eã celebrari firmaret sicut i pazo fuerit cõstitutũ. estimantes epi q̃m ppter ambitum sabbatius talia perpe

traret: iusiurandum ei imposue
runt quia nunq̃ desideraret epis
copatum. Quo iurãte regulam
de pasche festiuitate protulerũt/
qua singulis liceret quo vellent
celebrare pascha:ne propter dis=
cordiam festiuitatis diuiderent
ecclesiam. Cum ãtiqui ecclesiis
proximis licet discordãtes de ta
li festiuitate communicassẽt/ta=
men alterutris et nouatiani i re
gia vrbe roma constituti nunq̃
fuissent secuti iudeos sed semper
post equinoctium celebrarẽt pas
cha. Cum hec ab eis tunc fuisset
regula definita:sabbatius iura=
mentis obstrictus si quãdo pas=
chalis festiuitas discordaret ille
apud semetipsum precedentius ie
iunabat. et notanter solennem
diem pasche sabbati celebrabat
et rursus cũ omnibus in ecclesia
conueniebat et misteriis frueba
tur. Hoc ergo multis annis fa=
ciens latere nõ potuit. Quapro
pter quidam simplicium ⁊ maxi=
me frigium ⁊ gallatorum ex hac
re iustificari credentes zelaban=
tur eum et pascha cum illo cele=
brabant. Sed sabbatius postea et
remotas collectas faciebat:par
uiq; pendens iusiurandũ suorũ
sequaciũ ordinatur episcopus.

Capitulũ.xxxviii.

SEd michi non
videt̃ huiusmodi viros
de festiuitate pasche rõ
nabiliter contendisse neq; istos
q̇ nũc sequũtur iudeos. Nõ enim
mẽte perceperũt:q̃ iudaismo in
christianitatem mutato illa sub=
tilia et figuratiua legis mosaice
quieuerunt: quod hinc apparet
iudaisare. Nãq; nulla gens chri
stiana percepit legem. E diuerso
autem etiam apostolus contradi
xit:non solum circuncisionẽ pro
hibẽs: sed etiã de festiuitatibus
contentiones abiiciendas mo=
nens. Scribens ei ad galathas
ait. Dicite michi qui sub lege
vultis esse:legem non audistis?
Et hinc pauca loquens seruum
ostendit populum iudeorum ⁊ in
libertatem vocatos qui accedũt
ad christum. Monet etiã nulla=
tenus obseruandos dies et men=
ses et annos. Colosensibus autẽ
scribens magna voce clamabat
vmbram fuisse obseruationes an
tiquas. Quapropter inquit nul
lus vos iudicet in cibo aut potu
aut in parte festiuitatis aut initio
mensis:aut sabbato que sunt vm
bra futuri. Et ad hebreos idem a
postolus dicit Mutato eni sacer=
dotio necessario legis mutatio fu
it. Uno igitur apostolus nec euã
gelia accedentibus ad predicati
onem iugum seruitutis imposue
runt:sed festiuitatem pasche ⁊ ali
as celebritates honorandas esse
dixerũt. Quapropter qm̃ diligũt
homines huiusmodi celebritates
eo q̃ i eis a laboribus requiescũt:sin
guli per ꝓuincias sicuti voluerũt
memoriã salutaris passiõis anti
quitus ex quadã cõsuetudine cele=
brabãt. Nõ eni hoc saluator aut

nostri apostoli lege pdicauerūt: nec penam aut supplicium: aut maledictum sicut lex mosaica iu deis: nobis euangelia aut apl'i sunt minati: sed solum modo pro pter derogationem iudeorū qui in festiuitatibus homicidium cō miserunt. In tēpore azimorū sal uatorem passum in euāgeliis est relatum. Intentio nanq fuit a postolo non de diebus sancire festiuitatem: sed cōuersationem rectam et dei predicare culturā. Michi ergo videtur qz sicut mul ta alia per prouincias ad consue tudinem venerunt: sic et pasche festiuitas tradita est eo q null⁹ apostolorū aliquid hinc sanxissz Nam plurimi circa minorem asi am ātiquitus quartodecimo die obseruauere non respiciētes sab bati diem. Et hoc facientes non tamen segregabantur ab illis q aliter celebrabant: donec roma ne ecclesie victor episcopus excō icationem quattuordecim annis misisset in asiam. Quo facto hy rineus lugduneū gallicanus e piscopus victorem epl'a sua cul pauit dicens etiam veteres ita ce lebrasse. Et qz policarpus smir ne ciuitatis episcopus: q postea sub gordiano principe martyrio coronatus est a niceto epō roma no cōicauerit nichil discernens de paschali festiuitate cum ipse xiiii. annis essz sicut eusebius in quito ecclesiastice hystorie libro docet. Quidaz igitur sicuti dixi in asia minore quartūdecimum obseruabant diem. Quidā vero etiam circa orientales ptes sab batum custodiebant/ dissonabāt aūt circa mēsem. Nā alii iudeos licet integritatem conseruarent sequendos esse in sacra festiuita te dicebant. Alii vero post equi noxium celebrabant declinātes sequi iudeos et dicentes qz dum sol esset in ariete pascha celebra ri deberet. Secūdum anthioche nos autem zantico mēse secūdū romanos aprili. Et hoc faciendū non sequendo modernos iudeos qui per omnia errare noscuntur sed magis antiquos et iosephū Sic enim ille in tertio antiqui tatis libro conscripsit. His ita q contendentibus omnes occi dentales vsq ad occeanum post equinoctium ex ātiqua traditio ne pascha celebrasse comperim⁹ nec aliquando habuisse discordi am. Non enim sicuti quidam di cunt celebratum sub cōstantino concilium/ festiuitatem pasche mutauit. Nam ipse constantin⁹ discordantibus scribens: monet vt isti cum pauci essent imitaren tur pl'es. Cuius epistole partem ponere non omisi. Sic enim post alia dixit. Est enim ordo decor⁹ quem omnes ecclesie in vniuer sum orbem apud occidentem et meridiem et arturum posite ser uare noscuntur. nec non etiā qui dam orientalium. Quapropter in pñti bene se habere omnes e stimauerit: et ego ipe: vestre quo q sapientie placere promisi vt qd

in romana ciuitate italia: affrica et vniuersa egipto: hispania: gallijs: britania libia: tota helladia asia: diecise: ponto: et cilicia: libēter sub vna concordia custoditur Hoc etiam sapientia vestra suscipiat considerātes nō solum multitudinem predictorum locorum et ecclesiarum numerum: sed etiam quia hoc maxime debet om nes communiter celebrare: quod ratio subtilis videtur exigere nullam cum iudeorum periurio habere communionem. Talia siquidem constantinus. Sed aiunt quattuordecim annis hāc obseruationem iohannem apostolum tradidisse. Alij vero petrū et paulum apostolos romanis et occidētalibus dicunt pasche tradidisse solennitatem. Sed nullus pscripptam probationem horum habere dinoscitur. Quia vero ex consuetudine quadam per prouincias celebratur pascha: hic estimo q nulla religio easdem videatur seruare solennitates: nam cū vnius sint fidei plurimi tamen disponunt circa pasche legitima. Ante pauca dicenda sunt. Nam in ipsis ieiunijs aliter apud alios inuenis obseruari. Romani enim sex āte pascha septimanas preter sabbatum et dominicam sub continuatione ieiunant. Illirici vero et tota hellas: alexandria quoque ante sex septimanas ieiunant. Eaque ieiunia quadragesimam vocant. Alij vero ante septē pasche septimanas ieiuniorum facere noscuntur initia et tres tantummodo septimanas: hoc est quinis diebus per intermissiones aliarum duarum septimanarum ieiunantes: nihilominus quadragesimā vocant. Unde miror: cum numerum ipsum non habeant quomodo quadragesimam vocent. Sed etiam ciborum abstinentiā non similem habent. Nam alij omnino ab animatis obseruant: alij animantiū pisces solummodo comedūt. quidam cum piscibus vescuntur et volatilib⁹ dicentes hec secundum moysen ex aqua habere substantiam. Alij vero etiam caulibus et ouis abstinere noscūtur: quidam sicco tantūmodo pane vescuntur. Alij neque hoc. Alij vsque ad nonam ieiunantes horā sine discretione ciborum reficiuntur: et innumere consuetudines apud diuersos inueniūtur. Et quia lectio nulla ex hoc inuenitur antiqua: puto apostolos singulorū hoc reliquisse sententie: vt vnusquisque operetur non timore nō necessitate quod bonum est. Sed etiam circa celebritatem collectarum quedam diuersitas inuenit nam dum per ecclesias in vniuerso terrarum orbe constitutas die sabbatorum per singulas ebdomadas sacrificia celebrētur: hoc in alexandria et in roma: quadā priscat raditione non faciunt. Egiptij vero alexandrie vicini: et thebaidis habitatores sabbato quidem collectas agūt: sed dominica sicut moris ē sacramēta per

cipiunt: nam postq̃ fuerint epulati et cibis omnibus adimpleti circa vesperam oblatione facta cõicant. Rursꝰ autem in alexandria quarta et sexta feria scripture leguntur: easq; doctores interpretantur et omnia fiunt preter solẽnem oblationis morem. Origenes enim plurimam in his diebꝰ videtur edocuisse qui dum sapiẽs esset magister: et consideraret q impossibilitas mosaice legis ad litteram esset infirma rationem pasche ad modum contemplationis eruerit: vnum pascha solummodo verũ fieri dicens: quod saluator celebrauit. Petrus aduersus contrarias potestates dum crucem susciperet: hoc tropheo vteretur contra dyabolũ. In eadem alexandria lectores et psalmi pronunciatores indifferenter faciunt siue cathecumini siue iã christiani dum omnes ecclesie iã fideles ĩ his ordinibus haberi videantur. Ego quoq; cognoui in thessalia consuetudinem aliam. Dum quidam clericus ante clericatum legitime duxisset vxorẽ q cum ea mixtus fuisset abdicatus est: dum in oriente cuncti spontanea voluntate ⁊ non aliqua necessitate etiam episcopi semetipsos abstineant. Plurimi enim eorũ etiam episcopatus tempore ex legitima vxore etiã filios habuerũt. Hoc quoq; ĩ thessalia seruare cognoui quoniam apud eos in diebus pasche tm̃modo baptizãtur. Quapropter plurimi sine baptismate moriuntur. In anthiochis vero syrie altare nõ ad orientem ecclesie sed magis ad occidẽtem habẽt. In helladia: hierosolimis et thesalia ad tempus vespertinũ orationes similes nouatianis cõstantinopolim degentibus agũt. In cesarea capadocie et egipto die sabbati et dominico circa vesperam cum lucernariis: episcopi atq; presbyteri scripturas interpretantur. In alexandria presbiter non facit sermonem Et hec res initium accepit ex quo arriꝰ ecclesiam conturbauit. Rome sabbata vniuersa ieiunãt In cesarea cappadocie eos q̃ post baptisma delinquũt a communione suspendunt sicuti nouatiani: ⁊ macedoniani in hellesponto faciunt et in asia. Quattuordecimani nouatiãi circa frigiam binubos nõ recipiunt. Constantinopolim vero neq; aperte recipiunt neq; palam remouere noscuntur. In occidentalibus vero partibus aperte recipiunt. ¶ Sosomenus.

¶ Capitulum. xxxix.

Montani siquidẽq; frigas nominãt peregrinam quandam adinuentionem introducentes secundum eam pascha celebrant. Culpant enim eos qui cursum lune requirunt et dicunt solares tantummodo circulos sequendos ⁊ menses quidem singulos esse dierum xxx diffiniunt et inchoare p̃

mum ab equinoctio vernali quod est secundum romanos .viii. Kl. aprilis. Tunc inquit duo luminaria facta sunt quibus tempora et anni manifestantur. Et hoc indicari eo q luna per octo anos cū sole concurrat et ambo idem nonum habeant mensem eo q octo annorum cursus lune compleantur et tanq principium sit primi mensis reputant predictam diem in scripturis quartamdecimam et hanc esse dicunt viii Kl aprilis secundum quam semper celebrāt pascha. Si contingit etiam concurrere resurrectionis id est dominicum diem alioquin dominica superueniente celebrant Scriptum est enim inquit a quartadecima vsq ad vicesimamprimam esse celebrandā ❡Solomen⁹.

❡Apud romanos in vnoquoq anno semel psallent alleluya primo die pasche itavt romani velut pro iuramento habeant vt hunc hymnum audire mereantur. In qua ecclesia neq episcopus neq aliter quisq coram populo docet. Apud alexandrinos hoc opinabile est quia dum leguntur euangelia nō surgit episcopus: quod apud alios nusq fieri noui vbi solus archidiaconus hanc lectionem legit. In aliis locis diaconi In multis vero ecclesiis sacerdotes soli Constantinopolim pma die resurrectionis dominice pontifex. ❡Socrates.

❡Capitulum.xl. A

Prouenerunt enī etiam apud arrianos diuisiones propter huiusmodi causam singule videlicet eorum contentiones ad ineptos eos perduxere sermones. Cum enim in eorum ecclesia credatur deus pater esse filii verbi ex hoc apud eos questio processit si possibile sit vt etiam anteq existeret filius pater vocari potuisset quoniā dei verbum non ex patre naturaliter sed ex non existentibus substitisse credebant. Circa primum itaq capitulum errantes rite de puro nomine in certamen illicitum irruerunt Dorotheus etenim ab anthiochia euocatus ab eis dicebat non posse patrem esse neq vocari filio non subsistente. Porro marinus quem a thracia ante dorotheum vocauerant occasionem inueniens oportunam dorotheo enim erat auersus respondit sermonem de hac questione contrarium Et propterea sunt inter eos facte diuisiones. Diuisiq propter hoc verbum seorsum singuli solennia celebrabāt Alii enī sequebantur dorotheum. Alii vero marinum dicentes quippe patrem semper esse patrem etiam n̄ fi o non extante. Vocabantur enī isti psathyriani eo q quidam theotistus syrus genere psathyra id est duplicia vendens hanc ppositionē valde defenderet. Hos qq

secutus est selentias gothorum episcopus: sed isti quoque paulo post separati sunt cum marinus cum agapio discordiam habuisset quem ipse episcopum fecerat ephesi. Uerum isti non propter religionem sed propter presulatum inimicitias inter se bellaque gesserunt. Gothi namque defendebant agapium. Quamobrem plurimi clericorum eorum vanamgloriam fugientes ad fidem consubstantialitatis vtiliter accesserunt. Arriani siquidem .xxxv. annis diuisi inter alterutros. postea sub sisinio theodosii iunioris consulatu plenius adherese psathirinorum recedentes vniti sunt veluti lege decernentes nunquam capitulum propter quod diuisi fuerant memorare. Sed hoc constantinopolim gestum est.
Uerum in aliis ciuitatibus sub diuisione manserunt. Nam et ipse eunomius dudum ab eudoxio qui eum cizici ordinauit episcopum segregatus est occasione accepta eo quod ecium doctorem eius expulsum suscipere noluisset. Reliqui vero ab eo per scismata diuersa partiti sunt. Prius itaque theofronius quidam capadox eunomio versare contentiones edoctus et aliquid de aristotelis cathegoriis et periarmenias intelligens fecit libros quos de exercitio mentis attitulauit. Is ergo cum effodisset consecutores suos tanquam recedens ab eis expulsus est et seorsum colligens sui nominis heresim dereliquit. In constantinopolim vero quidam euthicus ex tepidissima questione ab eunomianis diuisus hactenus collectas seorsum facit vocanturque horum alii eunomotheos romani. Alii vero eunomothe euticiani veruntamen isti baptisma corruperunt. Non enim in trinitate sed in christi morte baptisant.

¶ Capitulum. xli.

Facta est igitur quodam tempore etiam inter macedonianos diuisio cum eutropius presbiter se orsum colligeret et nequaquam ei carterius consentiret. fuerunt forsitan et alie diuisiones heresum sed ego tanquam constantinopolitanus atque nutritus que michi clariora visa sunt ea narrare curaui.

¶ Sosomenus.
¶ Capitulum. xlii.

Ea siquidem tempestate dicunt egypti fluuium circa primum ascensum aque post tergum recessisse. Quo facto egiptii seuiebant eo quod non sinerentur flumini sacrificia solennia celebrare. Iudex autem seditionem perspiciens concitari nunciauit imperatori. Uerum imperator melius iudicauit diuine fidei seruiendum quam pocula nili et preponere sacrilegia pietati. Nunquam inquit currat ille fluuius si magicis artibus et fluxu sanguinis vnde polluende sunt sacri paradisi.

Hoc acto post paululū ita vberrime nilus effusus est vt etiam altius q̄ solebat fluct⁹ spargeret. Cumq̄ solitas complesset mensuras et adhuc in culmen extolleretur: in terrorem nimiū egiptij sunt redacti metuentes ne et alexandriā et libye partes forte destrueret. Tunc enim fertur paganos alexandrinos in theatro clamasse quia velut senex et delirus euanuisset nilus. Quāobrē plurimi egiptiorum derogantes paterne religioni ad christianitatis iura conuersi sunt.

¶ Capitulum.xliij.

Eo siquidem tēpore dicitur delatū constantinopolim iohānis baptiste caput qd̄ herodiadis petijt ab herode thetrarcha. fertur enim inuentum caput a monachis macedoniani qui primum quidem hierosolimis habitabāt postea vero ciliciam migrauerāt Cum enim ante hoc imperium mardonius maior domus imperialis nunciasset hoc imperatori precepit valens caput sacrū constantinopolim deportari. Qua iussione directi et imponētes vehiculo deportabant. Cumq̄ venissent ad locum qui vocatur panticium: est enim circa calcedoniam nequaq̄ poterat trahi vehiculum: licet multis plagis burdones affligerētur. Et cum hoc inopinabile videretur vniuersis et ipsi simul imperatori sacrum hoc caput reconditerunt in vico appellato cosilai. Erat enim possessio ipsa mardonij. Illo siqdem tēpore aut deo aut ipo propheta monente in hunc locum vsq̄ per ductū est. Cumq̄ postea theodosius imperator has baptiste reliquias voluisset auferre: solam referunt extitisse matronam virginem sacram que eius custodiam capitis exhibebat Cui dū sepius imperator violenter sed cum lachrymis supplicaret vt eum permitteret sua vota complere: hec putans quia sicut tempore valētis etiam tunc non pateret vlterius baptista portari / cessit. At imperator amplectens sua purpura thecam in qua caput baptiste iacebat: eamq̄ portans venit: et ante ciuitatem constantinopolitanam recondidit in septimo miliario: ibiq̄ magnam et pulcherrimam deo edificauit ecclesiam: crebroq̄ deprecatus est matronā: promisitq̄ dona gratissima si reconciliari vellet nec passa ē. Erat enim macedonia heresi violata: licet presbyter vincentius consectator eius qui prophete sepulchrum equaliter obseruabat conuersus fuisset: et catholice communicasset ecclesie. Ferunt enim quia coniurationem habeāt macedoniani nunquam se a sua secta recedere. verum is presbyter dum ageretur de migratione sacri capitis: apud se diffiniuit quia si sequeretē bapti

sta imperatorem: et ipse commu nicaret ei, quo facto conuersus est.

¶ Theodoricus.
¶ Capitulum. xliiii.

IGitur in anthiochia melecii maximi successionem flauianus accepit: qui cum diodoro pluria pro ouibus certamina passus est. Voluerat enim paulinus ecclesie suscipere presulatum: sed pontificum restitit chorus: dicens non oportere eum qui concilium non receperat post illius mortem in eius sede consistere: sed eum potius qui plurimis laboribus effugerat: et pro ouium cura pericula sustinuerat. Hoc factum romanos et egyptios fecit infestos aduersus orientales. Sed neque morte paulini inimicicie sunt destructe. Nam et post illum cum euagrius eius percepisset sedem perstiterunt flauiano vehementer infensi licet euagrius preter ecclesiasticam regulam fuerit ordinatus. Solus enim paulinus eum instituerat: plurimas regulas preuaricatus ecclesiasticas. Non enim precipiunt vt pro se quilibet ordinare posset sed conuocare vniuersos prouincie sacerdotes et preter tres pontifices ordinationem fieri penitus interdicunt. Uerum tamen nihil horum respicientes euagrii sunt amplexi communionem et aduersus flauianum auditus principis commouerunt. Qui frequenter impulsus dedu xit eum ad vrbem constantinopolim et rome proficisci precepit. Porro flauianus excusatione hyemis promissionem factam quia tempore oportuno pergeret romam; tunc est reuersus ad propria. Tunc romani pontifices non solum mirabilis damasus sed etiam post eum siricius et anastasius imperatori vehementer insisterent dicentes quia tyrannos quidem proprios debellarent. Qui vero christi resisterent legibus eos sineret impunitos: rursus eum euocans: rome proficisci cogebat. Tunc flauianus sapientissimus digna fiducia vsus ait. Si quidem fidem meam o imperator quasi non rectam accusant quidam: aut vitam dicunt sacerdotio non esse dignam: etiam ipsos accusatores habere iudices non refuto: eorumque sententiam gratanter excipio. Si vero de sede et presulatu contendunt: nec litigo nec hec volentibus habere resuito: sed abscedo et me ab episcopatu suspendo. Da igitur anthiochenam sedem cuicunque volueris imperator. Hanc eius fortitudinem sapientiamque miratus princeps redire ad patriam et commissam sibi regere precepit ecclesiam. Post aliquantum tempus rome denuo veniens imperator easdem ab episcopis patiebatur querelas quia flauiani tirannidem subdere noluisset. At ille speciem tyrannidis eos fari precepit dicens se esse fla-

nianum. Illis vero dicentibus qz non possent cum imperatore contendere: monuit vt de cetero ecclesie concordiam haberent deponerentque certamen: et stultas contentiones extinguerent. Paulinus inquit olim est mortuus. Euagrius contra regulas ordinatus.

Orientales autem ecclesie presulatum flauiano deferentes: et asia pontus et trachia: eius communioni coniuncte sunt. Omnis illiricus illum nouit per orientem episcopis presidere. His flexi monitionib⁹ hesperie sacerdotes soluturos se inimicicias promiserunt: et legatos mittendos ab eo suscipere. Hoc agnoscens sacratissimus flauianus misit rome quidam laude dignos epos: et anthiochenos presbiteros atque diaconos: quibus precrat acatius berie in oiterra pelagoque cantatus. Is cum alijs rome veniens longaque sanans odij passionem: post decem et septem annos ecclesijs restituit pacem. Quod agnoscentes egyptij inimicitias extiguentes concordiam sunt amplexi.

Tunc igitur ecclesie romane innocentius successor anastasij presidebat vir prudentia et intellectu decenter ornatus alexandrine vero theophilus.

Socrates.

Capitulum.xlv.

Res itaque publica eo tpe pro hmoi causa turbabatur in occidentis partibus. Grammaticus quidam nomine eugenius litterarum latinarum doctor relinquens scolas suas in palatio militabat. Eratque imperatoris antigrapheus et propter eloquentiam a multis honorabatur. Tunc ergo vt ferunt non mediocriter cogitans cooperatorem assumpsit arbogastum de minoribus gallijs ortum: militaris ordinis ducem virum seuum et necibus preparatum. Quo facto declinauit ad tyrannidem. Igitur vterque contra imperatorem valentinianum necem machinabatur cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem suffocarunt. Hoc eugenius repente cognoscens imperio potitur hesperie. Agebatque qd tyranno poterat conuenire. Hec audiens theodosius imperator [illegible] rursus sollicitudinibus obstrictius secunda certamina post maximum preparabat. Congregansque militarem virtutem et honorium filium designans imperatorem consulatu suo et habundantij decimo die ianuarij mensis denuo ad partes hesperias magno studio festinabat.

Sosomenus.

Interea euentum belli considerans misit ad thebaidam ad iohannem monachum tunc prescientia clarum. Ad quem destinauit eutropium eunuchum sibimet fidelissimum vt aut eum si vellet venire deduceret: aut nolentem de euentu belli requireret. At ille iohannem quidem deducere

non preualuit: sed mandatum retulit eius quia bello vinceret et perimeret tyrannum: et post victoriam in italia moreretur.

¶ Socrates.

¶ Relictis ergo theodosius ambobus filijs in vrbe constantinopolim: cum pergeret contra eugenium bellaturus plurimi trans histrum barbari sunt secuti cum eo pugnaturi contra tyrannum Paruoq3 tempore cum manu maxima venit ad gallias Illic enim preparabat bellum vbi iam multa milia habebat exercit⁹.

¶ Theodoricus.

¶ Cum igitur D in quodam monte oratoriū inuenisset ibi nocte dn̄o supplicabat et circa gallicantum sopore compressus: vidit in somnis quasi iaceret in cā po et astarent ei duo quidam viri in vestibus albis et equis cādidissimis residentes: eumq3 iubentes habere fiduciam et diluculo armare milites ad victoriā Dicebātq3 se pro solatio destinatos. Quorum alter iohannes euāgelista: alter se philippum dicebat apostolū. Hac visione cōpta nequaq̄ ab oratiōe cessauit: sed lachrimas vberiores effudit. Que visio etiam alicui militi reuelata est et per diuersos peruenit ad p̄ncipem At ille. Non propter me inq̄t hec iste vidit: sed ne quis crederet quia finxi qđ ego vidi. Ideoq3 etiā isti monstratū est: nam p̄mo michi hoc domin⁹ cōis ostendit. ¶ Socrates.

¶ Fuit ergo congressio circa fluuium E vocabulo frigidum. Igitur in parte qua romani contra romanos cōfligebant bella erant equ:lia. In ie vero barbari auxiliatores imperatoris / pars eugenij potior esse videbatur. Imperator autem videns barbaros deperire in maxima veniens estuatione prostrauit semetipsū i terra / adiutorem inuocans deū: et petitione frustratus non eū. Quidam enim bacurius magister militum eius repente sic confortatus est. vt cum primis ducibus concurreret ad eam partem qua barbari premebantur. Quo facto dirupit acies: et in fugam mox vertit inimicos fitq3 denuo ea hora miraculum: ventus enim vehementissimus inspirās: emissa iacula ab eugenij partibus cōtra eos denuo reuocabat / a partibus imperatoris ad hostes cū magna fortitudine deferebat: tātum valuit imperatoris oratio. Hoc itaq3 modo dimicatione cōsumpta tyrannus currens ad pedes imperatoris exorabat promereri salutem Qui circa pedes ei⁹ a militibus capite sectus est Hec gesta sunt septimadecima die septembris mēsis consulatu archadij tertio et honorij secundo. Arbogastis autem tantorum causa malorum post duos congressionis dies fuga lapsus dum cognouisset quia viuere non posset: proprio gladio se peremit. ¶ Solomen⁹

¶ Capitulum. xlvi.

Eo siquidem tempestate plurimi iter episcopos effulgebant sicuti donat⁹ euriahepri / de quo dñi prouinciales miracula multa testentur maximum tamē est quod de drachone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacens: cibum habebat oues / capras / equos boues / et omnes abripiens deuorabat. Ad quam bestiam donatus sine gladio sine quolibet iaculo veniēs dum illa leuasset caput quasi vorratura virum tunc ille vexillum crucis ante faciem ei⁹ digito designans in aere in os eius expuit. Bestia vero sputum mox ori suo suscipiens expirauit. Quā sicut audiui octo paria boum in vicinum campum traxerunt. Et misso igne combusta est ne aerē fetore corrumperet. Huius itaqꝫ donati sepultura insignis est vbi oratorium ex eius nomine vocitatur: habens fontem aquarū quē ipse fertur orationibus inuenisse Nā dū etiā locus inaquosus et illic ex itinere aliquando venisset aiunt quia fatigatis qui cum eo erant orasset ꝛ mox aque inundatio prorupisset: et ex illo hacten⁹ permaneret.

Capitulum.xlvii.

Eo tempore toꝛnitanam ꝛ schitie ecclesiam theothimus gubernabat vir i pbia nutritus: cu ius virtutem diligētes barbari trās histrum habitantes deum romanorum esse predicabant. Diuinarum in eo quippe rerum experimenta sepius perceperunt. Nam cum aliquo tempore iter faceret illius terre barbari occurrerunt ei. Et dum qui erant circa eū terrore turbarentur / quasi continuo morituri ex quo descendens orauit. Porro barbari neqꝫ eum neqꝫ sequaces eius nec equos de quibus descenderant videntes pertransierunt. Dum igitur crebro transeuntes scitas naturaliter feroces epulis muneribusqꝫ mansuefaceret quidam barbarus arbitratus eum esse locupletem cepit insidiari vt eum caperet alligaret et traheret. Cum hoc iam preparasset et dexteram ad hoc haberet et eum iactu laquearet: manus in aere mox ligata et barbarus ille inuisibilibus vinculis est obstrictus. Tunc aliis pro eo rogantibus supplicauit deo theothimus vt barbarus solueretur.

Capitulum.xlviii.

Eo quoqꝫ tempore fuit epyphanius cyprorum episcopus ad cuius sepulchrum hactenus demones expelluntur. Is enim dum substātiam propriam necessitatem sufferentibus erogasset / et multis quoqꝫ offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret: contigit vt pecuniis deficientibus economus ecclesie murmuraret. Quo facto assistens quidam i eo

mo quo manebat economus sacculum multarum pecuniarum dedit: et ita disparuit: vt nec qui dedit nec qui misit agnosceret. Quod factum omnes diuinum esse iudicauerunt. Aliud quoque eius libet referre miraculum. Quidam pauperes studentes epyphanium arte deludere vt eis aliquid daret: dum iter ageret vnus eorum supinum se prostrauit i terra: alter stabat quasi mortuum deflens nec habens vnde eum sepelire potuisset. Epyphanius autem superueniens orauit vt sub quiete dormiret. Et sepulture necessaria prebuit filioque consolatus est flentem dicens. Quiesce fili a lachrimis Non enim fletu resuscitari poterit. Est enim ineuitabile quod euenit. Cumque discessisset epyphanius cepit ille pulsare socium vt resurgeret. Et cum hoc semel et secundo fecisset dicens surge hodie de tuis laboribus epulemur: et ille penitus non sentiret: cognoscens vere mortuum cucurrit ad epyphanium flens et petens vt eius socium suscitaret. At ille consolatus est ne ferret grauiter quod euenerat. Non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouide gestum vt non dei ministri facile deludantur. Eo tempore fuit eas et zeno in palestine gaza philosophantes Et vir eas fertur dum pulcherrimam duxisset vxorem ter cum ipsa solum concubuisse et tres filios genuisse; postea vitam monachicam apprime esse sectatum. zeno autem epyscopus vsque ad annorum centum habens etatem numquam solennibus minor fuit aut quieuit officijs.

Capitulum. xlix.

Non solum hanc religionem hec tunc nobilitabant sed etiam abacuc et michee prophetarum corpora sicut audiui hoc tempore sunt ostensa reuelatione diuina: dum zebenius tunc eleutheropolitanam gubernaret ecclesiam in vico quod prius vocabatur ceila: in berethasia predio quod distat ab vrbe quasi stadiorum decem. Circa hunc locum sepultura michee fuit quam nescientes quid diceret prouinciales fidelem memoriam vocitabant

Capitulum. l.

Igitur theodosius imperator post laborem publicum corpore fatigatus et sperans se ex egritudine non moriturum potius de republica cogitabat considerans que solent hominibus prouenire imperatore moriente. Filium itaque honorium de constantinopoli velociter euocauit ordinare volens partes hesperias. Cumque filius mediolanum venisset ex egritudine releuatus circum de victoria celebrabat ei

ante prandium quidem spectaculum quasi sanus exhibuit. Post prandium repente pregrauatus ad spectaculum venire nõ potuit filium tamẽ ludis adesse precepit. Superueniente vero nocte defunctus est cõsulatu olibrii et probini septimadecima die ianuarii mensis anno primo ducentesime nonagesimequarte olimpiadis. Vixit autem imperator theodosius annos sexaginta ex quibus sedecim imperauit.

Explicit liber nonus.

Incipiũt tituli libri. x

omodo corpus iohā
constantinopoli fue
reuocatum.
audibus theodosii
iozis.
miraculis contra per
gestis.
succeſſione pōtificū.
virtutibus abde apō
ſas epiſcopi.
hormiſda apud pſas
illiſſimo confeſſore.
ſainna apud perſas
feſſore.
beniamin perſico dia
o eiuſq martyrio.
theodoro anthioche-
epiſcopo et theodoro
mpſueſceno pōtifice.
fine imperatoris ar-
adij.

ncipit liber decimus.

Socrates.

pitulum primum.

Efūcto igi
tur theodoſio i ei⁹
iperio filij ſucceſſe
runt archadius in
oriente: honorius
cidente. Hoc tēpore
amaſ⁹ preſidebat ec-
rādria theophil⁹ hie
hānes: flauianus an
tenebat ſedem: con-
tanam nectarius.

Igitur circa octauā diem nouem
bris menſis eodem conſulatu: cor
pus theodoſij delatum cum ſolē
ni honore ab archadio filio et ſe-
pulture contraditur. Poſt pau-
cos vero dies id eſt viceſimaſepti
ma eiuſdem menſis etiam exerci
tus qui cum imperatore theodo
ſio fuerat cōtra tyrannum reuer
ſus eſt. Et dum imperator arca-
dius ſecundum conſuetudinem
ad portas occurriſſet exercitui re
meanti: tunc milites rufinum p-
fectum imperatoris peremerūt.
Erat enim ſuſpectus quaſi tyrā-
nidem poſſet aſſumere. Dicebat
autem q hunos ipſe in romano-
rum prouincias euocaſſet: q tūc
armeniam et partes orientis val
de vaſtabant.

Theodoricus.
Capitulum ſecundum

Honorius itaq
ſuſcipiens occidentis i
perium: ludum gladia-
torum que dudum rome celebra
bātur huiuſmodi cauſa remouit
Quidā tilemachius conuerſatio
ne monachica pro hac cauſa ab
oriente venit ad romam. Dumq
nephādū illud ſpectaculum age-
retur: et ipſe intrauit in ſtadium.
Et deſcendens nitebatur pugnā
tes aduerſū ſe gladijs ſeparare.
Cūq ſpectatores aduerſ⁹ eū ſeuī
rēt et in effuſiōe ſanguinis graſſa
rentur: promiſſorem pacis lapidi-
bus occiderunt: hoc agnoſcens
mirabilis imperator illum quidē

inter victo
uit: nephan
potius abſ
S
Ca
D
tr
ri
nopolitanu
eſt conſulat
ma et viceſi
ſis. Mort
in epiſcopa
nare cupie
ro placuit v
nes euocan
Erat enim
rabilis. In
pus cōmun
ricorū et la
di⁹ euocau
tatem ordin
periali iuſſi
etiā theoph
nus qui ſtu
detrahere:
terum ordi
eū quoniam
nuerat pro
lpator theo
tyrannum
per yſidoru
ratori: et d
mandans v
vincēti dar
nera z alia
Hos dum
me veniens
ſed nō diu

esmartyres numera
dum vero spectaculũ
cidit.
ocrates.
pitulum.iii.
uco tempore
anseunte etiam necta
us constanti: A
sepiscopus defunct⁹
u cesarij ⁊ attici septi
ma die septẽbrij men-
rgo studia generatur
tum alijs alium ordi
atibus. Nouissime ve
t ab anthiochia iohã
etur ecclesie psbyter.
eiusdoctrine fama mi
tra paucum ergo tem
i decreto omnium cle
icorũ imperator arca-
t eũ et propter digni-
iscum adessent ex im
one plurimi episcopi:
ilus venit alexandri-
debat quidẽ iohanni
et ysidorũ suum presby
nare. Diligebat enim
aliquando B susti
co tale periculũ. Cũ
dos⁹ aduers⁹ maximũ
decertaret theophil⁹
m exenia misit impe-
uplicesmisit epistolas
t alias epistolas non
et. Porro victori ⁊ mu
s porrigeret litteras.
ysidorus portasset ro-
s victoriam sustinebat
atuit. Quidam enim

lector rapiens epistolas demon-
strauit imperatori. Quamobrem
ysidorus terrore comprehensus
in alexãdriam fugit celare volẽs
quod fuerat ei mandatum. Ob
quam causam ysidorũ theophi
lus diligebat. Uerum palatij iu-
dices pposuere iohannem. Cũq
multi theophilũ accusarent libel
los ad eum pro diuersis causis pñ
tibus episcopis obtulerunt. Tũc
prepositus palatij eutropius no
mine sumens accusationes scrip
tas ostendit theophilo dicens:
aut ordina iohãnem / aut accusa-
tiones veniant ad examen. Hinc
perterritus theophilus iohannẽ
ordinauit episcopum. Qui susce
pit episcopatum sextadecima die
februarij mensis consulatu hono
rij imperatoris et euthiciani pre
fecti. Quia vero iohannes vir fu
it omni C no pclarus ex libris
quos reliquit cognoscitur. Cui⁹
vitam / genus / conuersationem ⁊
quemadmodum sit depositus et
morte posterius honoratur expo
nam. Johannes itaq fuit ãthio
chenus filius secundi et anthuse
nobilium personarum / discipul⁹
sophiste libanij et auditor andra
gachij philosophi. Cũq se ad ad
uocationẽ prepararet: cõsiderãs
molestias litigantium: iniustum
q vite propositum potius elegit
quietem. Et hoc fecit emulatus
euagrium: quoniam et ipse dum
iisdẽ studijs e[...]ersus: quietã ma
gis secutus est vitã. Mox ergo mu
tato schemate pariter et incessu

diuinis lectionibus incumbebat et frequentius ad sanctam concurrebat ecclesiam. Hec agens persuasit etiam theodoro et maximo qui fuerāt condiscipuli eius apud sophistam libanium: vt pō posam relinquerent vitam et simplicem sequerentur. Quorum theodorus postea episcopus mompsuescene ordinatur ecclesie: maximus autem seleutie isaurie. Tunc itaque illi fiunt discipuli in lectione diuina diodori atque carterij qui eo tempore sacris monasterijs presidebant. Sed diodorus postea tharsi ordinatus episcopus multos conscripsit libros sacras ad litteras intuens scripturas. Porro iohānem degentem cum basilio tunc a melecio facto dyacono: et postea cesarie cappadocie presule constituto: zeno episcopus hierosolimis euertens lectorem in ecclesia anthiochena costituit. In quo adhuc in officio positus librum edidit cōtra iudeos. Post paucum vero tempus etiam dyaconatum a melecio promerēs de sacerdotio alium fecit librum: aliosque plurimos explanauit. Postea vero melecio in constantinopolitana vrbe defuncto recedens iohannes a melecianis et neque paulino cō municans tribus annis cōtinue sub quiete degebat. Postea vero paulino moriente ab euagrio eius successore presbiter ordinatur. Ante episcopatum. Hic itaque hoc modo conuersatus est. Fuit enim vir vt aiūt propter zelum castitatis seuerior / et amplius quam habebat a iuuentute sua furori magis quam reuerentie se prebebat / et propter vite rectitudinem incautus prospicere de futuris. Propter simplicitatem vero oris libertate profusus / apud colloquentes non medocriter vtebatur. Docendo precipuus erat vtilis ad corrigendos audientium mores / in confabulatione vero arrogans a nescientibus putabatur. Cum ergo talis moribus esset episcopatu suscepto: maiori fastu quam debuerat vtebatur clericorum suorum corrigere vitam volens. Mox igitur in episcopo initio cum clericis asper videretur ecclesie: erat plurimis odiosus et veluti furiosum vniuersi declinabant. Compellebat enim eum vt velut omnes offenderet serapio diaconus eius qui aliquādo presētibus clericis hunc protulit magna voce sermonem. Nunquam poteris o episcope hos corrigere: nisi vno baculo percusseris vniuersos. Quo dicto maiora contra eum odia concitata sunt. Non post multum vero tempus plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi cō spirantes aduersus eum etiam derogationibus apud populos vtebantur quarum rerum faciebat maximam fidem eo quod nec vllum secum comedere pateretur: nec ipse ad alium inuitatus accederet. Dicunt enim quidam pro-

pterea noluisse eum cum quocu͂ ꝗ comedere eo ꝙ turpiter manducaret escasꝗ perciperet. Alij vero propter excellentem ciborum continentiam: hoc eum facere predicabant.

¶ Sosomenus.

¶ Ego tamen quodam viro veraci referente audiui quia propter abstinentiam capite et stomacho sepe dolebat. et ideo prandiorum epulas euitabat.

¶ Socrates. ¶ Porro populus propter sermones quos i ecclesia faciebat diligebat eum: paruipendens accusatorum voces. Quales vero sunt eius libri non oportet nunc dici quoniam legentibus poterunt indicari. Igitur dum nō clero tantummodo esset infensus: machinatiōes contra eum non omnino valuerunt. Dum vero etiam plurimos procerum obiurgare cepisset: tunc inuidia contra eum maior accensa est. Et quidem plurima dicebantur: multa quoꝗ faciebant audientibus fidem.

¶ Capitulum. iiij. A

Ejus derogatio omnibus dedit augmentu͂ omelia contra eutropiu͂ tunc prolata. Eutropius enim eunuchus prepositus imperatoris: et habens consulis dignitatem volens in quibusdam refugientibus ad ecclesiam vindicare studuit ab imperatoribus legem poni: iubentem vt nullus ad ecclesias confugeret. Immo qui dudum refugerant traherentur. Sed dei secutum est repente iudicium Erat ergo proposita lex Post paucos vero dies cum ipse eutropius offendisset imperatorem: inter refugas erat apud ecclesiā. Episcop⁹ vero eutropio sub altare iacente nimio ꝗ repercusso timore residēs super ambonem vbi solebat prius facere consuete sermonem omeliam increpatoriam fecit aduersus eum Unde magis plurimos offendebat eo ꝙ hominem in infelicitate posito non solum miseratus non est sed etiam nec obiurgare desisteret. Igitur eutropii tunc consulatus dignitatem habentis propter quedam vicia caput imperator iussit auferri/ et ex ordine consulum eius nomen penitus abrogari. Quamobrē theodori solummodo qui cū eo consul fuit nomen ascriptum est Pro diuersis igitur causis multos sepius fiducialiter obiurgabat et plurimis erat odiosus. Unde theophilus alexandrine ciuitatis episcopus mox post ordinationem causas eius deiectionis inquisiuit. et quibusdam p̄sentibus de eo latēter obloquebatur Multis etiam longe positis scribebat Contristabatur etiam nō solū pro fiducia iohānis sꝫ qꝛ et nō ysidorꝫ p̄sbiterū suū epm cōstātinopoleos: ordinare nōvaluit ¶ Theodoric⁹ ¶ Sacerdotibus igr̄ iohēs eps supplicabat

vt secundum ecclesiasticas viuerent sanctiones quas quicunq; preuaricari presumeret eos ad principem prohibebat accedere. Dicebat enim quia nec deberent frui honore sacerdotii: qui eorum vitam contemnerent imitari. Non solum enim prouidentiam vrbis constantinopoleos habebat sed etiam totius trachie que sex prouinciis est diuisa/ et q vnde ei administrationibus dispensat. His legibus ornabat etiam ponticam regionem que totidem iudicibus gubernari dinoscitur. Cunq; cognouisset in fenice adhuc demonibus sacrificia ministrari/ electos monachos et imperialibus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destinauit ydolorum: dans pecunias templorum destructoribus erogandas: non ex erario publico sed quas a fidelissimis mulieribus oblatas sponte percipiebat. ¶ Ca.v.

Videns igitur etiam populum celticorum arrianis retibus laqueatum/ et cogitans de eorum capienda salute consilium huiusmodi venationis inuenit. Eiusdem namq; lingue presbyteros: dyaconos: atq; lectores fecit: et vnam eis ecclesiam dedit. Qua occasione multos eorum cepit: dum et ipse frequenter illic iret/ et per interpretem celticum diuinas lectiones exponeret. Hec ergo itra ciuitatem crebro faciens plurimos eius gentis arrianorum ad apostolica dogmata reuocauit. Apud scytas autem quidam erant desiderium salutis habentes: quo non poterant peruenire. Quod iohannes agnoscens quesiuit viros apostolico zelo feruentes/ eosq; direxit et desiderantibus salutis gratiam ministrauit. Ego autem etiam litteras eius legi ad leontium ancyre presulem quibus indicauit scytas tuisse conuersos in nostra prouincia et cognoscens in quibusdam vicinis marchionis creuisse languorem: scripsit eius loci pastoribus vt eos pellerent. Insuper etiam principis pro hac causa proferri petiit sanctionem.

¶ Capitulum.vi.

Gainas quidam genere celticus; concilio barbarus studio tyrannico vehementer elatus: eo tempore cum esset magister militum multos sue gentis: multos etiam romanorum sub suo magisterio habens terrorem plurimis: etiam ipsi principi meditatione tyrannidis inferebat. Eratq; arrian9. Is ergo rogauit imperatorem vt intra ciuitatem ei vnam daret ecclesiam. At ille eum se placare promisit. Tunc euocans iohannem eiq; potentiam illi9 meditationemq; tyrannidem dicens petebat vt data ecclesia ei9 refrenaret furorem. At ille virtute fortissim9 noli idq; ipe

rator hec promittere neq sanctũ canibus dare. Non enim potero deo benedicentes expellere et sãctum templum blasphemantib⁹ iniuste contradere. Neq hunc barbarum metuas imperator sz ambos nos iube vocari et sub silentio inter nos que dicuntur audi. Ego nanq linguam illius sic frenabo vt non presumat petere que dari non expedit. Hoc audiens imperator gauisus est: et vtrunq altera die vocauit. Tunc gainas petitionem suam poscebat dicens. Non licet imperatori pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina p̄sumere. Cũq3 respõderet ille q2 oratoriũ et ipse habere deberet. Johãnes ait. Vbiq3 tibi diuina dom⁹ aperta est vt nullus te vetat orare. At ille. Sed ego ĩquit alterius secte sum: et cum eis vnum tẽplum habere deposco. Multos enim pro romana republica labores assumpsi: et non debeo in mea petitione contemni. Cui iohannes. Plurima ĩquit premia et que transcendunt tua certamina percepisti. Magister militum factus consulari toga insuper exornatus. Et oportet te considerare qui dudum fueris: et qualis modo conspiciaris: et que p̄sca paup̄tas: et que moderna substantia. Quibus vestibus vtebaris anteq̄ histrum transisses et quibus nunc vteris. Considera igitur quia pauci labores maxima tibi premia contulerunt et ne sis ingratus. His sermonibus tantus ille doctor obstruxit os gaine eumq3 compulit vt taceret.

Socrates. B

Igitur dum gainas adipisci desideraret imperium qui dudũ de sua fide apud beatam martyrem eupheamiam in calcedonia ĩperatori archadio promisisset: diuersa consilia reuoluebat et ĩ sua intentione instabat. Dumq3 per diem nichil in vrbe constantinopolitana agere potuisset machinatus est vt nocte barbaros mitteret qui palacium cõcremarent. Tunc enim aperte monstratum est quomodo deus custodiat ciuitatem. Missis enim ab eo barbaris ad incendium atq3 predas: angelorũ turba apparuit armatorũ ingens corpus habentium. Illi vero putantes esse milites abscesserunt. Cumq3 hoc gaine fuisset nunciatum: incredibile visũ est. Nouerat eni quia cũct⁹ exercitus per ciuitates fuerat cõstitut⁹. Quapropter denuo futura nocte alio destinauit. Cũq3 idem ei renũciatum fuisset denuo enim angeli eandem visionẽ barbaris ostendebant. Nouissime ipse igress⁹ cũ m̃ltitudĩe miraculi sũpsit experimentũ. Arbitratus reuera quia per diem quidẽ lateret exercitus: nocte vero pro ei⁹ custodia poneretur. Et ita dũ intra vrbem nichil poss3 implere egressus ad trachiam: aperte hostilem monstrauit intentionem.

¶ Theodoricus.

¶ Cum igitur ¶ aliquantum transisset tempus: diu meditatam tyrannidem gainas patefecit. Collecto namque exercitu per trachias vniuersa vastabat. Hoc agnoscentes et iudices et populi terrebantur et neque repugnare illi quilibet presumebat/ neque apud eum legatione fungi dum asperitatem barbaricam formidarent. Tunc ergo tanque metuentes relinquens imperator/ iohi viro sanctissimo onus legationis imposuit. At ille neque illius resultationis memor neque inimiciciarum quae hinc extorte videbantur: alacriter est profectus ad thracias. At ille cognoscens legatum eiusque fiduciam pro pietate sic liceter assumptam/ occurrit ei longo itinere eiusque dexteram suis oculis circumposuit. Insuper etiam suos filios sacra eius genua osculari precepit. Huius virtutis iohannes fuit vt etiam valde terribiles humiliari cogeret et timere.

¶ Socrates.

¶ Capitulum septimum.

Ea tempestate que[stio] mota fuerat. vtrum deus corporeus esset et hominis haberet schema. An certe incorporeus et schemate humano omnimodis alienus. Ex qua questione contentiones et certamina plurima surrexerunt: aliis hoc affirmantibus: aliud aliis maxime tamen simplices monachorum: corporeum et humane forme deum esse iudicabant. Plurimi vero reprobantes illos deum incorporeum esse dicebant et forma corporea esse segregatum. Cum quibus theophilus quoque alexandrinus consonabat episcopus: ita vt in ecclesia coram populo contra eos qui humane forme deum asseuerant contenderet/ et deum incorporeum suo dogmate definiret. Hec agnoscentes egiptiorum monachi/ venerunt alexandriam et seditionem contra theophilum velut impium excitarunt/ ita vt eum occidere niterentur. Hoc ille cognoscens cogitauit quemadmodum euitaret mortem. Quos sub blandimento suscipiens hec eis locutus est. Sic inquit vos video sicut dei vultum. Hoc dicto monachos a suo impetu reuocauit At illi. Si vere inquit dicis quia dei vultus sic est sicut et noster anathematiza libros origenis Ex ipsis enim quidam aduersantur opinioni nostre. Si enim hoc feceris que impiorum et deo rebellium sunt a nobis sine dubio sustinebis. Ego inquit theophilus que vobis placent facio: nolite in me seuire. Nam et ego inimicus sum librorum origenis et culpo suscipientes Sic ergo monachos declinauit: et forsitan ideo hec questio hactenus est ablata. Post hec huiusmodi causa peruenit egipti monasteriis. Quattuor venerabiles presidebant viri dioscorus: ammo

nius:eusebius:euthimius:germani qui pro corporis magnitudine longi vocabantur sermone vitaq; fulgētes et propterea apud alexandrinos egregii. Sed etiā theophilus eos honorabat episcopus. Quemobrē dioscorū violenter tractum :hermopoleos fecit episcopum. Duos autē eorum rogauit vt habitarent cum eo:et vix vt episcopus fieret impetrauit. Factosq; clericos ecclesie economos instituit. Cunq; illi estuarent cur minus propositū sue conuersationis implerent/et procedenti tēpore cum viderent animas ledi/dum episcopus pecuniarum haberet vitam et multum auri studiū congregādi repudiabant esse cum eo/ et deserti potius habitaculū diligebant Dumq; ille nesciens eorū volūtatem sibi eos adesse deposceret Post ea videns q; eis potius ipse displiceret iratus interminabatur eis. At illi hoc paruipendentes discedunt. Porro theophilus cum animo feruens esset nisus ē viros illos quaqua posset arte vexaret. Et fratrem interim eorum dioscorum :habebat odiosum. Contristabatur enim quia eos turba diligeret : et colleret monachorū et sciebat quia eis aliter nocere non posset nisi monachos debellaret. Probauerat quoq; q; crebro cū eis habito sermone faterentur icorporeum esse deum. et non humane forme ne forte necessitate humane forme humana quoq; passio sequeretur Et cum sic theophilus saperet:tamen vt se vindicaret quod bene prius predicauerat immutauit. Mittens enim ī heremum plurimos monachorū simplicium et spiritali excercitatione carentium est venatus dicens non oportere sequi dioscorum neq; fratres eius dicentes incorporeum esse deum. Deus enim secundum diuinam scripturam et oculos habet et aures et manus et pedes sicut et homines. Dioscorus autem eiusq; se sequaces sequentes origenis dogma blasphemiam introducunt quasi deus nec oculos nec aures nec manus habeat neq; pedes. Hac seductione monachorum plurimi sunt decepti. et seditio feruentissima suscitatur. Sed exercitati viri seducti non sunt:simplices autem ardore fidei repente contra fratres insurgunt. Et facta diuisione alterutros ipetebant theophili seq̄ces origenistas:et ipsos appellabāt fratres Isti vero sequaces theophili humani forma:nos vocabant. Ob quam rem orta immani seditione theophilus cum armatorum multitudine venit ī vitriam contra dioscorum eiusq; fratres. At illi vix fuga vix valuerunt declinare pericula

Capitulum.viij.

¶Socrates.

Cum hec in egypto fierent iohannes constantinopolitanus doctrina florebat: et apud cunctos fauorabilis habebatur. Auxitque primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi causam. Arriani sicuti dictum est foras ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem atque dominica intra portas et per porticus congregati: hymnos et antiphonas ex arriano dogmate compositas decātabāt. Et hoc maxima noctis parte facientes: diluculo cum ipsis antiphonis per mediam ciuitatē egressi portam ad suam ecclesiā concurrebant. Cumque hoc crebro quasi ad vituperationem orthodoxorum facere non cessarent / frequenter enim etiam hoc cātabāt vbi sunt q̄ dicunt tria virtute vnū? Tunc iohannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traherentur / instituit suum populū vt et ipsi nocturnis occuparētur hymnis: quatinus et illorum obscuraretur opus et fidelium professio firmaretur. Studium ergo iohannis nimis vtile cum turba periculisque finitum est. Nam dum clariores hymni omousianorum noctibus apparerent: fecerat enim etiam cruces argenteas que cū argenteis cereis portabantur expensas ad hec eudoxia augusta prebente. Tunc arriani zelo tracti vsque ad neces insurgunt. Una ergo nocte facta congressione pe tra fronte percussus est brison eunuchus auguste: q̄ ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidam ex populo vtriusque partis extincti sunt. In his motus imperator prohibuit arrianos hymnos publice decantare.

¶ Capitulum. ix.

Dicendum tamē est vnde sumpsit initium vt in ecclesia antiphone decantentur. Ignatius anthiochie syrie tercius post apostolum petrum episcopus qui etiam cū ipsis degebat apostolis vidit angelorum visionem quomodo per antiphonas sancte trinitatis dicebant hymnos. Isque modum visionis anthiochene tradidisse probatur ecclesie / et ex hoc ad cunctas transiuit ecclesias.

¶ Sosomenus.
¶ Capitulū. x.

Fertur enim quoniam inter alia iohannes etiam pro seueriano gabalensi episcopo odium auguste conceperat. Is enim seuerianus et anthiocus ptolomaidis ambo eloquentissimi et cōtra ecclesia docere pparati. Veniens ergo prius anthiochus constantinopolim eloquentia promotus atque pecuniis ditat⁹: in sua reuer

sus est ciuitatem. Pro cuius ze-
lo seuerianus postea venit. Videns
q iohannem q frequenter in ec-
clesia sermōe facto mirabilis ap-
parebat. Eratq honorabilis apō
multos proceres et apud ipsum
imperatorē pariter ꝛ augustam.
Cumq iohannes perrexisset i asi
am huic commendauit ecclesiā.
Credebat enim eius blandimen
tis: quia eum reuera diligeret.
At ille magis se auditoribus cō-
mēdabat. Quod dum iohannes
audisset serapione nunciante ze-
latus est. Reuersoq ab asia io-
hanne contigit transeunte seue-
riano vt studiose non assurgeret
serapio. At ille exasperat9 ue cla-
mauit. Si serapio cleric9 mortu9
nō fuerit: christus ihumanat9 nō
est. Ob hanc rem accusatus a se
rapione velut iniuriosus et i deū
blasphemus ciuitate pulsus est
a iohanne. Quod augusta agno
scens p familiares seueriani mox
eum a calcedone fecit reuocari.
Porro iohannes multis rogan-
tibus eum videre refugiebat do-
nec in apl'orum ecclesia eius ge-
nibus poneret augusta theodosi
um filiū suum supplicans et sepe
coniurans vt seuerianum suo re-
conciliaret affectu. ¶ Socrates
¶ Interea monachi ab heremo
ad constantinopolim venerūt cū
dioscoro et fratribus cum quib9
ysidorus qui theophili amicissi-
mus dudum ob huiusmodi cau-
sam postea fuerit inimicus. Pe
trus quidē archipsbyter alexan-
drie fuit ecclesie. Hunc theophi
lus ab ecclesia odio faciente pro
iecit culpans eum quasi mulierē
quandam machineam non pmis-
tus abrenunciantem heresim in
cōmunionem sacram susceperit.
Cumq petrus diceret se eam ius-
su theophili suscepisse illo negan
te ysidori testimonium petrus i-
plorabat quia hoc actū nō igno
rasset episcopus. Eo tempore ysi
dorus rome degebat a theophilo
missus ad damasum vt ei flauia-
num anthiochie reconciliaret e-
piscopum. Verum reuers9 ysido
rus petri responsionem verā esse
firmauit dicens: quia mulier ma
nichea cum episcopi fuisset iussio
ne suscepta. Hinc accensus theo
philus ambos expulit ab eccl'ia.
Ob hanc ergo causam ysidorus
cum dioscoro et reliquis constan
tinopolim venit vt principi et io-
hanni eius facta narraret. Hec
iohannes agnoscens honorabat
principio viros eorumq fruueba-
tur orationibus. Communiōe ve
ro sacra cum eis āte cause cogni
tionem participare non voluit.
His itaq gestis peruenit ad the-
ophilum sermo falsus quasi iohā
nes illis communicasset vt eis
ferret auxiliū. Parabatq vt nō
solum de dioscoro ꝛ ysidoro semet
vlcisceretur sed etiam iohannem
episcopatu depōeret. Misit ergo
ad singularum episcopos ciuita
tum epistolas: celans intentionē
suam culpans tamen origenis li
bros. Deinde epiphanium cipri

fecit amicum cum prius eius fuerit inimicus tanq̃ de deo minus saperet eumq; formam hominis habere iudicaret. Tūc ergo quasi ex penitentia eius se professus est sequi sectam: egitq; vt synod⁹ episcoporum cypri celebraretur quatenus libri dānarētur origenis. Porro epiphanius propter nimiam sui reuerentiam atq; simplicitatē circumuentus: constituta synodo lectionem librorum origenis interdixit. Misitq; lr̄as ad iohannem monens se vt ab origeniana lectione suspenderet: et synodo congregata que placuerant etiam ipse firmaret. Theophil⁹ igitur famosissimū epiphanium circūueniens ⁊ agnoscens sua vota proficere: etiam ipse collectis episcopis libros damnauit origenis: qui pene ante ducētos defunctus est annos: non q͛ huiusmodi haberent intentionē sed studens dioscoro eiusq; nocere sequacibus. Johannes autem paruipendens que ab epiphanio et theophilo fuerant nunciata i doctrina ecclesiastica laborabat: et in ea quidem florebat. Nihil tamen de his que contra eum cogitabantur sepe curabat. Cūq; theophilus iam manifesto studere videretur vt iohannem episcopatu deponeret: tunc etiam inimici iohannis theophilum sunt secuti: et multi clerici/ multi procerum palatij tempus inuenientes oportunum: nitebantur vt synodus cō stantinopolim fieret contra iohā nem. Et hoc tam per epistolas sibimet q̃ per verba mandabant. Auxit igitur odium iohanni causa seueriani et anthiochi episcoporum que supra relata est.

Capitulum. xi.

Post paucum vero tempus episcopus epiphanius constantinopolim venit portans dānationē librorum origenis. Quibus non quidem ipsum origenem excommunicatū decreuerat sed libris tantūmodo derogauerāt. Egressus ergo ab basilicam sancti iohānis miliario ab vrbe septimo constitutam et collecta ibidem celebrata ordinatoq; dyacono rursus venit in ciuitatem: et inuitationē quidem iohannis declinauit causa theophili. In propria vero māsione habitare magis elegit. Et vocans tunc presētes episcopos damnationem librorū origenis legebat eis. Et quidam habētes epiphanij reuerentiam subscribebant/ plurimi autē hoc facere recusabant. Quorum fuit etiā theotimus scythie presul: qui ita respondit. Ego iquit o epiphani neq; ei qui dudum bene requieuit iniurias infero neq; rem blasphemam tentare presumo: dānās ea que priores nostri respuere noluerunt. proinde neq; malā doctrinam in libris origenis esse cōspicio. Tunc proferens libros eius origenis legit et ecclesiasticas expositiones ostēdit: ac postea pro

cedens dicebat. Qui his contumelias inferunt nesciunt semetipsos. Hec ergo theothimus vite rectitudine famosissimus epyphanio respondisse fertur. Sed quoniā detractores plurimi subripientes velut blasphemium respuunt origenem pauca de his dicere non videtur absurdum. Viles homines/ et qui per semetipsos nequeunt apparere: vituperādo meliorem esse se aliquid conantur ostēdere. Hoc passus est primo methodius litie olimpi ciuitatis episcopus. Deinde eustachius pauci presul temporis: et post eum apollinaris: nouissime theophilus. Isti derogabant origeni et alteros ob aliam causam ad accusationem eius accenderēt Methodius igitur cum multum derogasset primitus origeni postea velut ex penitentia miratus virum: iu dialogo quem attitulauit xenonem sic ait. Sed quid āplius ego de illorum querimoniis factis contra origenē loquor? Dum enim culpant cū pro quib⁹ putant causis: et nihil quasi male credentem de sancta trinitate reperiunt: ostenduntur in eo magis pietatis et rectitudinis testimonia perhibere. Athanasi⁹ autem defensor niceni cōcilii libris ꝓpriis contra arrianos voce clara testem sue fidei hunc virū vocat: illius libros coniungens suo: et hec dicens. Mirabilis inqt et laboriosissimus origenes hoc de filio dei nobis testimoniū perhibens ait: coeternum eum asseuerans patri. Ignorant igitur semetipsos derogatores origenis etiam laudatorem eius athanasium blasphemantes. Hec de origene dicta sufficiant. Nunc sequamur hystoriam.

Capitulum. xiii.

Iohannes igitur constantinopoleos indignatus non est cur absq; regulis in eius ecclesiā ordinationē fecerit epiphani⁹ sed tamen rogabat vt iter episcopos cum eo maneret. At ille nec manere se cum eo nec orare respōdit nisi dioscorum et qui cum eo erāt vrbe depelleret et ipse in librorū origenis dānationem subscriberet. Iohanne hoc facere differente ꝛ dicente non oportere ante catholicam cognitionem aliquid facere petulanter/ et ad hoc concilium ab inimicis iohannis epiphanius instigatur. Cum esset in apostolorum ecclesia celebranda collectio ꝓcedere faciunt epiphanium: et coram omni populo origenis damnare libros: et adiudicare dioscorum eiusq; sequaces: simul quoq; derogare iohanni velut eorum defensori. hec iohanni nuntiatur. Altera vero die dū iam venisset epiphanius ad ecclesiam hec per serapionem verba mandauit. Contra regulas multa gessisti o epiphani. Primum quidē

quia ordinationem fecisti i eccle sia sub meo iure constituta. deinde quia me non iubente in eis auctoritate propria sacra celebrasti Rursus quia inuitatus excusasti et nunc denuo in teipsum cfidis. Quapropter obserua ne turbatio nascatur in populo et huius rei periculū ipse suscipias. Hec dum audisset epiphanius ab ecclesia formidatus abscessit. Cunq reuersurus esset ad cyprum: ferunt quidam hec eum mandasse iohanni. Spero quia non morieris episcopus. At ille remandauit. Spero te ad tuam patriā nō redire. Hec vtrum vere dicta sit nescio. Ambo tamen hunc habuere finem. Nam nec epiphanius viuus peruenit ad cyprum sed in naue defunctus est: et iohannes post paululum episcopatu depositus est.

Capitulum. xiiii.

Unq3 epiphanius discessisset peruenit ad iohannem quoniam eudoxia augusta eum contra iohannem armasset/et exhinc accēsus lingue vbertate sermonem fecit in populo cunctarum mulierum vituperatione plenum. Hūc sermonem populus omnis arripuit quasi contra augustam prolatus esset et ita peruenit ad aures iperatoris. Quē augusta cognoscēs velut iiuriā suā narrauit igatori dicēs illi⁹ magis eē ptumeliam que eius vxori fiebat. Quā obrē gestum est vt theophil⁹ cōtra eum velociter synodū celebraret Quod etiam seuerianus simul agebat. Erat enim adhuc inimicus. Inter hec theophilus venit multos simul episcoporū monens. Cōfluebant igitur plurimi iohannis inimici. Aderat etiam quos episcopatu remouerat Omnes ergo concorditer in calcedona conuenerunt vbi tūc erat episcopus quirinus multa contra iohānē loquens: ipsū cū superbumq vocās. Episcopi vero delectabantur in talib⁹. Porro maruthas mesopotame⁹ episcop⁹ nolēs cirini calcauit tūc pedem. At ille dolore constrict⁹ cō stantinopolim cū episcopis trāsire non potuit. alij vero sūt trāsuecti. Sosomenus.

Postea vero cū dolore laboraret eius crus frequēter est ab scisū: quia putredo pene omne corpus eius iuaserat: et pedem alium iā serpebat. Is ergo post paululum tempus est defūctus.

Socrates.

Theophilo autem ab alexandria venienti null⁹ occurrit: nec solenni honore potitus est. Erat enim apertissim⁹ inimicus. Sz alexandrini naute qui tunc venerant cū frumentis occurrentes eum fauorabiliter susceperunt. Cunq venisset cōstantinopolim refutauit ecclesiam introire: sed in vna domo augustarum vocabulo placidiana tunc habitauit

Hinc ergo ceperunt cõtra iohã nẽ mouere causas / ꝛ non iam de libris origenis memoria ferebatur sed has accusationes illicitas excitabantur. His ita preparatis conuenientes episcopi: in suburbano calcedoniensi qđ rufini nomine vocitatur. vbi in honore petri et pauli apostoloꝝ basilica constituta euocauerunt iohannẽ satisfacturum ꝓ quib⁹ accusabatur. Iusserũtq; vt cum coveniret serapion: et tigrius eunuchus presbiter et paulus lector. Isti enim simul accusabantur. Cunq; iohannes euocãtes velut inimicos refugeret vniuersalem synodum fieri proclamauit. At illi nichil morati quater eum euocauerunt. Qui cum noluisset occurrere sed synodum fieri proclamaret. Damnauerunt eum i nullo culpantes nisi qꝛ vocatus noluit obedire. Dũq; hoc fuisset circa vesperam nunciatũ popul⁹ ad seditiones maximas excitatus est. Et nocte concurrẽtes eum trahi ab ecclesia nõ sinebant sed clamabant vt apud maius cõcilium de eo agitaretur examen. Porro iussio principis iminebat velociter eum eĩci et exilio deportari. Hoc agnoscens iohannes tertia dãnationis die circa meridiem semetipsum pobulo ignorãte contradidit. Cogitabat enim ne vlla propter eũ seditio nasceretur. Et ille quidem exilio ducebatur in populo autẽ seditio importabilis est exorta ita vt etiam multi inimicorũ ei⁹ misericordia mouerentur dicentes eũ calũniã passum quẽ paulo ante desiderabant videre depositum. Quãobrem clamabãt omnes cõtra principem atq; cõcilium sacerdotum ꝛ maxime cõtra theophilũ. Non enim machinatio iam poterat latere q̃ multis quidẽ iudiciĳs apparebat maxime qꝛ dioscoro eius q; fratrib⁹ mox post iohannis deiectionem communicauerat. Tunc igitur etiam seuerianus in ecclesia docens iohanni derogabat dicens Et si nullo alio vituperandũ a iohannes est: eius tamen superbia crimen est damnatione sufficiẽs Omnia nãq; peccata remittunꞇ hominibus: superbis autem de⁹ resistit sicut sancte scripture docent.

Capitulũ.xiiij.

Orta igitur immensa seditione populo discurrente et ad ipsã regalia proclamãte / augusta ꝑmota rogauit imperatorem vt eum reuerti preciperet. Misso igitur tunc eunucho bresone etiam necessitas iohanni nolenti vt in ciuitatem ingrederetur imposita est. Eo siquidem remeante cum mlto et honore ad ecclesiã plebs occurrit. Et mox vt iohannes ingressus est rogabant vt in episcopali sede resideret: et populo orationem pacis impenderet. Quo refutante atq; dicẽte quia hoc oporteret iudicio fieri syno-

dali / et eos damnauerunt suam sententiam reuocare: accendebātur omnes videre eum in loco ꝓprio residentem et verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret preualuit tamen populus et eum in sede residere episcopali coegit: et consuete orationē prebere pacis. Coactus etiam sermonem fecit in populo Hec causa aliam prebuit inimicis occasionem Et primum quidē de heraclide ordinatione contra eū mouere dicebatur theophilus questionem: vt iohannem huius rei occasione deponeret. verum heraclides non aderat. Judicabatur autem veluti presens quasi quosdam iiuste cecidisset: cathenisq; vinctos misisset in pompa; ephesi per mediam ciuitatem.

Cūq; pars iohannis diceret auditorium debere iuste constitui: alexandrini contendebant vt heraclidis accusatores susciperentur. Hinc ergo seditio et cedes inter constantinopolitanum populum et alexandrinū vehemēs est orta. Ob quam rem plurimi vulnerati: pauci etiā mortui sūt Hec videns theophilus repente diffugit i alexandriam Quod etiam alij fecerunt episcopi preter paucos qui personam iohannis amplexabantur. His B. ita gestis reprehensibilis theophilus est inuentus. Cuius auxit inuidiam q rursus origenis libris incumberet Qui dum ab aliquo fuisset interrogatus: quō ea que abdicauerat rursus āplecteretur ita respondit Origenis libri similes sunt prato floribus vniuersis pleno: quicquid ergo in eis bonum inuenero hoc decerpo. Si quid vero michi spinosum occurrerit: hoc quasi pūgat omitto. Hec ergo theophilus ait non considerans salomonis sapientissimi verba dicentis: q verba sapientum sicut claui aculei sunt Ob hanc ergo causā apud omnes theophilus reprehensibilis videbatur. Porro dioscorus hermopoleos episcopus post paululum fuge theophili mortuus est: claraq; sepultus in basilica apud ilicem constituta: vbi propter iohannem synodus fuerat celebrata. ¶ Theodoricus. C

¶ Missus ergo tunc iohannes in exilium ad officium habitabat ponti quod vocatur hyeron Cūq; per noctem terremotus ciuitatem regiā inuasisset: legati matutino mittebantur ad eum rogātes vt velociter reuerteret ad ciuitatem: et orationibus eius pericula remoueret. Sed et alij post illos: et rursus alij destinati sunt ita vt legatis bosforus impleretur. Quod dum fidelissimus populus agnouisset fluctus propontidis nauibus est opertus. Omnes enim occurrerunt cereos et lampades accendentes ꝓ reuersione pastoris. ¶ Sozomenus. ¶ Interea cum theophilus D nauigio in hierapolim aduenisset mortuo eius ciui

tatis episcopo: nilamnionez monachum elegerunt ciues At ille cum crebro fugeret: ei theophilus suadebat ne sacerdotium refutaret. Tunc ille rñdit dicens. cras quod domino placet implebitur. Altera vero die venietes ad cellam eius cogebant eum. Tunc nilamnion prius inquit. Orenius. Quod dum theophilus laudasset simul orabat. Nilamniō autem repente terminū vite cum illa oratione suscepit.

¶ Socrates. ¶ Cap.xv.

Iohannes itaqz doctrinis occupabat: ordinauitqz serapionē heraclie tracensis episcopū. Vñ contra eum maius odium excitatur. Post paululuz nanqz hec contigisse noscuntur. Auguste eudoxie statua argētea constituta est in columna prophiretica clamide circūamicta eratqz posita nec prime nec lōge ab ecclesia sophia qua platee tātūmodo diuidebat iter. Illic ergo consuete lusus publicus occurrebat. Porro iohannes ad iniuriā hoc arbitratus ecclesie consueta fiducia rursus suam armauit linguam. Et cum oporteret principes supplicationis verbo deflecterent a tali lusu recederet hoc non fecit sed impetu suo vsus eloquij: iubentes fieri talia lacerabat. Augusta vero rursus ad suam hec trahebat iniuriam & denuo preparabat vt aduersus eū synodus celebraretur episcoporum. Hoc sentiens iohannes illam famosissimam in ecclesia ptulit omeliam cuius initium est Rursus herodias vesanit rursusqz turbatur. Denuo saltat: denuo caput iohannis in mensorio concupiscit accipere. Quod factum amplius ad iracūdiam accendit augustam.

¶ Sozomen⁹. Capitulū.xvi.

Interea quidaz homo comprehensus est qui iohannem volebat occidere: traditusqz ad supplicium prefecto a iohanne ne pimeretur ereptus est. Postea vero etiam helpidiū pbri seru⁹: cursu in episcopū accedens eum interimere nitebatur. Et dū a quodam teneretur et ipsū repente pcussit simul et alium astantem et tertiū. Tunc clamore facto multis conuenientibus plurimos interemit: nouissime tempus & traditus est. Ex illo tpe iohannem populus custodiebat noctibus & dieb⁹ ad ei⁹ circūsedētes domū.

¶ Socra. ¶ Cap.xvij.

Post paululū vero aderāt epi leōci⁹ ācyre galatie: āmoni⁹ laodicie: briso thracie: philippēsij: acaci⁹ berte syrie: & alij quidam his presentib⁹ accusatores cipri denuo mouebantur. iohānes itaqz confidebat in talibus rogans vt accusatio decenter flagitaretur.

Cumque superuenisset festiuitas natalis saluatoris imperator solẽniter ad ecclesiã non decurrit sz mandauit iohanni quia nõ ei cõmunicaret nisi criminibus pri⁹ exueretur. Cumque pro securitate iohannis accusatores eius valde perterrerentur: p̄ntes episcopi nichil aliud requirebant nisi quia post depositionem non seruato decreto consilii resedisset in sede Cumque ille r̃nderet quia lxv. episcopi cõmunicantes ei decreuissent leontius et alii reclamabant dicentes. Sed plurimi te o iohannes deposuerunt. Cumque de nuo iohannes hanc regulã nõ orthodoxorũ ecclesie sed esse firmaret arrianorum: nam in anthiochia congregati pro dãnatiõe fidei de consubstantialitate prolate odio athanasij hanc regulã ꝑtulerunt. Tunc illi non recta satisfactione dãnauerũt eũ: non intelligentes quia dũ hac regula vterentur athanasiũ quoque deposuerunt. Hec acta sunt circa festiuitatẽ pasche. Mãdauitque imperator iohanni non se ponere ad ecclesiã venire quia eũ duo concilia cõdẽnassent. Uacabat ergo iohannes: et nequaq̃ in ecclesia descendebat. Mox igitur oẽs ei fauentes ab ecclesia recedentes pascha quidẽ in thermis que cõstantiniane vocantur celebrauerunt. Cũ quibus plurimi episcoporum: presbiterorũ: ⁊ sacri ordinis clericorũ: cõmoti sunt: collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes. vnde etiã iohannite vocati sunt. Porro iohannes duobus mensibus nusq̃ processit: donec princeps eũ dici iuberet in exiliũ Et ille quidẽ tractus ab ecclesia ducebatur. Quidam vero iohannitarũ eã die ecclesiã incenderunt. Qua ardente flãma ventus / etiã basilicã senatus pariter comprehendit. Quod actũ est vicesima die ianuarii mensis: consulatu honorij sexto et aristenis Ob quã rem optatus prefectus vrbis cũ pagan⁹ esset odio christianorũ plurimos iohannitarũ diuersis tormentorũ generib⁹ laniauit. ¶ Theodoricus.

¶ Capitulũ. xviii.

Iohannes igitur non solũ ex ciuitate pulsus est sed etiã i quãdam paruulã ciuitatẽ atque desertam armenie cucuso destinatus est. Inde rursus ad pytyuntẽ vbi fines sunt ponti imperijque romani: que loca crudelibus barbaris sunt vicina. Sz clemẽs dñs non permisit victorẽ athletam per loca talia diu morari. ¶ Sosom.

Inter hec innocentius roman⁹ antistes audiens de iohanne et molestie ferens volensque generale celebrari cõciliũ: scripsit iohanni et clero cõstãtinopoleos quod non oporteret iohanni successorẽ dari nec eius clero alio parere põtifici: quas prolixitatis causa non transtuli. B Aiunt eni iohannẽ cũ exilio duceretur per

visionem cognouisse diē qua moriturus esset: dnsam sibi a basilico martyre in cumanis / vbi cum esset itinere fatigatus dolorē capitis nō ferens et ardorem solis vitā languore finiuit. ¶ Socra.

¶ Quartadecima die mēsis cōsulatu honorij septies et theodosii scdo. ¶ Theodori. ¶ Ca.xix.

Huius igitur iniustitie causas abominati sūt pcipue europe pōtifices ab eoꝝ n. aqꝫ se suspēderūt cōione pariť oēs illirici eiꝰ ptis effecti sunt Orientales aūt plurimi quidē iniusticiā declinauerūt corpꝰ tā eccie diuidere noluerūt Vex moriēte illo oīꝫ doctore terrarū: nō priꝰ occidētales cpi egyptioꝝ et orientaliū bosforensium atqꝫ tracēsium sunt āplexi cōionem: ꝙ illius sacratissimi viri nomen inter predecessores poneretur epos. Et acaciū quidē q post eū ordinatus est: nullo habuerūt sermone dignū Atticū vero arsatij successorē legationem crebro mittētē ⁊ pacis pignora postulātē diptici scpto iohis noie postea susceperūt. ¶ Socrates.

¶ Capitulū.xx.

TRansactis itaqꝫ dieb paucꝭ arsatiꝰ cōstātiopoleos ordiaē eps nectarij fr / valde lōgeuꝰ ⁊ vltra octogita ānoꝝ / q māsuctissienimis regebat epatū. ¶ Sozomenus ¶ Cuius opinio derogauit postea quod de iohannis amatoribus agebatur. Nam cum arsatio cōicare nolēt nec orationem habere cōmuneꝫ sed sicuti dictum est seorsum et ꝑ loca secreta vltima ciuitatis sacra celebrarent: hec ille renunciauit imperatori. Cumqꝫ iussisset vt eos manu militari turbaret lapidibus atqꝫ fustibus populū conuertit in fugam. Nobiliores autem et promtiores i amore iohannis redegit in carcerē Porro milites vt assolet accepta fiducia: ꝑdam circa mulierum ornamēta faciebant ꝫonas aureas: dextralia: monilia: libatoria: anulos: dyademata: et cum ipsis auribꝰ earum auferentes inaures. Ob quam rē turba maxima et gemitus in ciuitate prouenit. Nec sic tamen illi affectum deposuere iohannis. Verum publice plurimi conuenire nec in platea nec i balneo presumebant. Quibusdam etiam erat domi quoqꝫ manere periculosam: ita vt ciuitatem declinarent. Multi siquidem viri plurimeqꝫ mulieres nobili genere procreate / virginitate atqꝫ virtute vite laudabiles fugerunt.

¶ Socrates. B

¶ Eo tempore etiam grando vehemens constantinopolim ⁊ circa eius suburbana descendit. Quod actum est consulatu eodē honorij sexto / aristene die.xxx.septembris mensis. quod dicebāt dei iracundia gestum / eo ꝙ sine iudicio iohānes fuerat ꝯdēnatꝰ

Quibus verbis crementū dedit moris auguste continue consecuta. Quarta nāqꝫ die pꝰ grādinē est defuncta. Sosomenus.

¶ Tunc enim et cyrinus calcedonensis episcopus qui iohannē crebro lacerauerat secto pede defunctus est. ¶ Socrates.

¶ Alij tamen dicebant iohannē hoc iuste perpessum eo ꝙ mřtas ecclesias nouatianorum quartodecimanorum et aliorum obtulisset hereticorum. ¶ Sosomenus. ¶ Capitulum.xxi. A

EO siquidē tempore quidam lector eutropius est detentꝰ quasi ? ipse in ecclesiam misisset ignē Qui dum multa fuisset tormenta perpessus redactus in carcerem post paululum est defunctꝰ Quid autem de eo contigerit existimo esse memorandum. Quidam vidit in somnis astitisse altari virum pulchritudine et magnitudine decoratum / quasi iho nore martyris stephani consistē tē: ? si qua cogitātē eo ꝙ boni viri nusqꝫ inuenirētur / atqꝫ totam se circuire ciuitatem: et nisi eutropium nullum penitus inuenisse. Cunqꝫ is qui viderat euigilasset: somnium retulit fidelibꝰ viris. Deinde requirens eos qui a prefecto comprehensi fuerant et verberibus macerati inuenit eutropium: eiqꝫ retulit visionem At ille flens / orationem sibi dari ab eo qui viderat implorauit. Cunqꝫ diuersos prefectus affligeret: nec personas incēdij reperiret / etiam mulieres quasdam tenens suadebat vt episcopi communionem amplecterentur arsatij: et multe quidē declinauerūt. Olimpias autem iniustū credens nequicie satisfacere dixit. Aduce michi calūniatores et violentias maiores impone: michi vero fas nō est communicare ? ea facere que pye nō licet perpetrare. Quam dum nequisset declinare prefectus vt cō municaret arsatio. tunc demissā et post paucum tēpus multo nudauit auro: hoc modo credens eius frangi constantiam. Eo tempore tigrius presbyter veste nudatus: et dorso cesus ita tensus est vt pedum eius ac manuū articuli soluerentur.

¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxij.

ARsatius itaqꝫ cum paucum vixisset tēpus defunctus est consulatu sequenti stiliconis secundo: et ante mēsē vndecima die nouembris mensis. Quo moriente de episcopatu constātinopolitana magna cepit esse contentio. Et propterea cum quattuor vacasset menses sequenti cōsulatu archadij sexto: et probi atticus ordinatur episcopus genere ermenius / habitu monachus: a iuuentute sua naturali sapiētia de

corat⁹.

¶ Sosomenus.

¶ Capitulum.xxiii.

Interea cum si ricius quinq3 annis romanorum rexisset episcopatū anastasius ei successit. Post quem innocentius pontificatus iura suscepit. Defunctus quoq3 est etiam flauianus: non consentiens in damnatione iohānis. Flauiano moriente porphirius āthiochenum suscepit episcopatum. Et quoniam plurimi contra iohannem consenserant propterea in ɔstantinopolitana vrbe multa diuisio facta ē, ita vt missas apud semetipsos plurimi celebrarent et scandala proserent: quoniam propter gratiam arsatij atq3 porphirij necnon et theophili alexandrine ciuitatis episcopi dudum studio procerū posita lex fuerat: iubens omnes in ecclesiam conuenire ꝛ qui nō communicarent ꝓcul expellerētur.

¶ Capitulum.xxiiij.

Eo tempore cū discordia sacerdotum etiā respublica magnis concussionibus turbatur. huni namq3 transeuntes histrum trachiam deuastabāt. Isaurie quoq3 latrones maxima multitudie ɔgregata vsq3 ad carenos ꝛ fenicia venientes, vrbes ꝛ vicos ī medio positos populati sūt. Per idē tempus stilicon magister armorum erat apud honoriū magna preditus potestate: habebatq3 sub se romanorum plurimos atq3 gentilium. Qui contractis ī inicitūs cum archadij ducibus cogitabat congredi contra eos. Tunc ergo agens cum honorio alaricum regem gothorum fecit ordinare magistrum militum, ꝛ accessit aduersus illiricum: eiq3 iouium prefectum constituit: vt arma cōtra romanos attolleret: ac prouinciales honorij subderet ditioni. et cum alaricus barbaros sub se constitutos et ꝑ dalmathias habitantes congregasset venit ad epyrum vbi multo tēpore commoratus reuersus est ī ytaliam quia cum discedere voluisset honorij litteris est detent⁹ sicut ipse confessus est.

¶ Theodoric⁹ ¶ Capitulū.xxv

Ea tēpestate cyrillus theophili consobrinus alexandrinū suscepit episcopatum hierosolimorum ecclesie presidebat iohānes vir mirabilis successor cyrilli. Anthiochie autē alexander. vir sermone doctus ꝛ vir virtutem ostēdens magnis operibus. Is enī porphirio succedēs q̄ post flauianū fuerat ordinat⁹ multa reliq̄t monumenta clementie. Flauia-

nus equidem sapientie subtili-tate florebat. Porro sacratissi-mus alexander cōuersatione sū-moq̃ philosophie eloquio: ⁊ plu-rimis bonorum beneficijs habū-dabat. Is nāq̃ etiam partē eu-stachij quam dudum paulinus flectere non potuit nec post illū euagrius precibus vsus cetero corpori copulauit: egitq̃ festiui-tatem qua similem nemo potuit aliqñ videre. Nam dum oēs fide-les sumpsisset sacerdotes simul et populos venit ad locū vbi eu-stachiani congregabantur. Si-mulq̃ psallentes et vnum canti-cum sub quadam congruentia p̄dicantes: a porta vltima ciuita-tis vsq̃ ad maiorem ecclesiā to-tam plateam cōpleuit hoibus ⁊ ostendit riuum rationalem ⁊ ad instar fluminis decurrentis.

Hec iudei videntes: et arriani: ⁊ parue reliquie paganorum inge-muerūt: cnosiderantes alios flu-uios: in mare ecclesie concurrē-tes. Is ergo pontifex iohannis magni vocabulum in ecclesiasti-cis dipticis primus inseruit.

Capitulum.xxvi.

Huius doctoris reliquie sequenti tem-pore in regiam deuecte sunt ciuitatem. Rursumq̃ fide-lissimus populus per pellag⁹ quasi per terrarum currens vn-das bossorum lampadibus et ce-reis obuolauit. Hunc ergo the-saurum illi ciuitati recondidit i-perator. Quisui aui et vocabu-lum sortitus est et pietatem ser-uat inuiolabilem. Is in eius lo-culo defigens oculos atq̃ fron-tem pro archadio et eudoxia ge-nitoribus supplicauit vt ignorā-ter delinquentibus veniam con-donaret. Dudū enim mortui sūt eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum ⁊ p̄-genitorum deus experimēta pu-pilli eum sentire non pertulit. Nam et pie nutriri fecit et sine cōcussionis metu custodiuit ei⁹ imperium: atq̃ tyrannorum cō-silia refrenauit.

Capitulum.xxvii. B.

Is enim benefi-ciorum semper memor honorabat beneficij lar-gitores habebatq̃ p̄ncipes hym-norum sorores seruantes cōuer-satione virginitatem et epulas maximas iudicantes: sacrorum meditationes eloquiorum the-saurum mandibilem estimātes manus egentium. Uerum ipse princeps multis preconijs ado-natur: maxime vero clementia: mansuetudine: animi tranquilli-tate nunq̃ recipiens tempestatē fide vera atq̃ probabili. Cui⁹ iu-dicium nos conuenit ostendere manifestum. Quidam vir con-uersatione quidē monachi D caised asperior consilio. adijt im-peratorem pro aliqua causa ro-gans. Cum hoc crebro fecisset nec ea pro quibus postulauerat

impetrasset eum ab ecclesiastica cōmunione prohibuit: et posita eius obligatione discessit. Uerū fidelissimus imperator ad palatium reuersus tempore prandij astantibus pransoribus ait: non se sumpturum cibum nisi prius eius cingulum solueretur. Ob quam rem misit ad ciuitatis episcopum rogans vt iuberet ei qui ligauerat quatinus eius vincula solueret. Cumqꝫ dixisset episcopus non debere a quolibet obligationem recipere: et mandasset quia solutus esset: ille tamen ei⁹ non suscepit solutionem donec q̄ ligauerat multo labore requisitus: et cōmunionē quam prohibuerat reddidisset Idolorum igitur templa que fuerāt derelicta a fundamentis euelli fecit: vt posteri necqꝫ vestigium erroris pristini reperirent. Hunc enim C. sensum etiam in sua lege cōscripsit. Quando igitur roylas dux scythie transiuit histrum: et cum innumero exercitu vehementer thracias populatus est ipsamqꝫ regiam ciuitatem obsidere se et subuertere minabatur: supernis iaculis atqꝫ fulminibus eum maiestas diuina percutiens et ipsum et omnem simul concremauit exercitum.

Capitulum.xxviij. U.

Tale aliquid a domino eius consolatore etiam partico prelio gestum est. Nam cum ... romanos vacare cognouissent et ciuitates in confinio constitutas debellarent/ pacisqꝫ pacta transcenderent vastatis finibus nemo ferebat auxilium Imperator nanqꝫ de pace presumens duces et milites ad alia bella direxerat. Tunc ergo ymbre vehementissimo et grandine deposita/ vlterius eos deus accedere non permisit eorumqꝫ ligauit cursum ita vt viginti diebus totidem ambulare stadia non valerent. Duces vero venientes et congregātes exercitum primo bello obsidentes vrbem imperatoris vocabulo nominatam reprobi sunt inuenti. Cū B. enim plus q̄ triginta diebus gororanus rex predictam obsideret vndiqꝫ ciuitatem et multa machinamenta cōstrueret et turres contra muros ciuitatis excelsas edificaret/ solus eunomius sacratissimus eius ciuitatis episcopus restitit/ et impetum moliminis eorum machinasqꝫ destruxit Et licet duces nostri hostibus bellando cessissent et obsessi ciues resistere non auderent iste solus pugnando sine vastatione reddidit ciuitatem. Unus itaqꝫ partis hostilis virorum consuete blasphemaret et rapsacis atqꝫ sēnacherib verba profunderet: et cum vesania minaretur sacrum se concrematurum templum: ille vir sanctissimus nō ferēs hui⁹ insaniā: iussit arcu balistam poni iuxta propugnaculum quod apostoli thome

videbatur habere vocabulum: et maximo i eo lapide coaptato i nomine inquit eius qui est blasphematus: lapidem tenso arcu dimittite. Tunc lapis dimissus veniens vsqz ad faciem nephandissime blasphemantis: vultum eius valde corrupit caput cõtriuit: crebrũqz in terra dispersit. Hoc cum dux exercitius cognouisset qui se ciuitatẽ capturũ esse minabatur: siluit: et rebus ipsis victum se esse professus est et metuens quesiuit pacem. Sic ergo rex omnium fidelissimũ hũc principem conseruauit cum iste seruitutem profiteatur et cõpetens offerat domino ministerium.

Capitulum.xxix.

Inter hec innocentio mirabili romane vrbis antistiti successit bonifacius: bonifacio zozimus: zozimo celestinus: hierosolimis vero post iohannẽ praylius suscepit ecclesie presulatũ Uerum in anthiochia post sacrũ alexandrinorum theodotus castitatis speculum ecclesie pontifex ordinatur: mansuetudine: et puritate conuersationis ornat? Is enim cohortẽ appollinaris sacris ouib? miscuit: rogãs eos vt vnirentur ouilibus. Ea siquidem tempestate disgerdis persarum rex contra ecclesias huiusmodi causa bello commouit.

Capitulũ.xxx.

Abdas quidem erat episcop? plurimis virtutibus adornatus Is non mediocriter vsus zelo diuino pyri id est: focos eorum seu vestam detruxit. Pyria nãqz pagani vocãt templa in quib? ignẽ seruant deum enim arbitrantur ignem. Hoc dum rex cognouissz a magis euocauit abdã Et pmo quidem mãsuete culpauit factũ precipiens vt pyrion rursus edificaret. Illo resistente et hoc nequaqz facere cõfirmante vniuersas se rex destructurum itemina tur ecclesias: cuius interminationem terminus subsecutus est. Nam prius illum virum occidi precipiens destrui quoqz ecclesias imperauit Ego siquidem destructionem veste non reor oportune commissã neqz enim sãct? apostolus dum venisset athenas et ciuitatem repletam ydolis cõspexissz: aras ab illis honoratas destruxit: sed ratione ignorantiam redarguit: et veritatis iura monstrauit. Quia vero destructum templũ reedificare noluit: sed necẽ magis elegit nimis eum miror ⁊ plurimis eũ honorandũ coronis existimo. Tale est enim ignem adorare quale eius edificare templũ. Hunc ergo sumẽs tempestas initium seuissime atqz ferociter circa pietatis alumnos itumuit: et triginta iugiter annis fluctuatio dura permãsit a magis veluti quibusdam pro-

cellis agitata. Magos enim appellant perse eos qui elementa deificant. Quorum fabulas in alia cōscriptione mōstrauimus in qua honorum interrogationibus dignas solutiones obtulimus. Hororanis itaqꝫ filius disgerdis post patris mortem cum iperio etiam cōtra christianam pietatem bella suscepit. Quas eni tormentorum species et suppliciorum adinuentiones piis intulerit non est facile nunc narrare. Aliorum nanqꝫ manus excoriauerant: aliorum dorsa: aliorum capita a fronte inchoantes vsqꝫ ad ceruices nuda cute reliquerunt. Alios sectis per medium calamis: nudos operientes et ipsas sectiones calamorū carnibus aptantes capite vsqꝫ ad pedes funibus stringentes: postea calamos ex eorum membris violenter trahebant vt acute sectiones calamorum dum trahebantur eorum carnes secarent: ꝛ tormento amarissimos dolores inferrent. Deinde fodientes lacus et eos vndiqꝫ obturantes soricū maiorum greges in eis miserūt eisqꝫ pabulum athletas dederūt pie ligantes manus eorum ꝛ pedes ne possent a sebestias remouere. Sed et alia tormenta seueriora nimis exercuerunt: habētes doctorem veritatis inimicū: sed non potuerunt athletarum dei vincere fortitudinem. Sponte nanqꝫ currebant vt occasione huius mortis incorruptibilis vire dona perciperent. Duorum tamen aut trium memorabo vt per hos reliquorum fortitudo monstretur.

¶ Capitulum.xxxi.

Hormisda quidā valde nobilis apud persas erat: qui patrem pfectum habuerat. Hunc dum rex agnouisset esse christianum deduci fecit et imperauit vt salutarem negaret deum. At ille: nec iustū inquit nec vtile pcipis imperator Nam qui docetur vt deum omnium facile cōtēnat ac neget: facillime quoqꝫ spernit imperatorem cum et ipse sit particeps nature mortalis: ꝛ si sūmo supplicio dignus est qui tua sceptra contēpserit iperator: multiplicibus tormentis subdendus est qui cūctorum negauerit creatorem. At imperator cum debuisset mirari prudentiam fortissimum diuitiis et dignitate nudauit athletam: iussitqꝫ vt nudus traheret camelos exercitus. Cumqꝫ plurimi transissent dies: respiciens de superioribus imperator vidit illum eminentissimum virum solis radiis inflammatum et pulueris squalore completum: patrieqꝫ nobilitatis memor: eum ad se iussit adduci et ex lineis vestibus opiri. Dei de putans qꝫ tā pcedenti afflictione ꝙ eius miseratione molliret: vel nūc idt illa obstinatiōe puatus nega filiū fabri. At ille dei zelo cō

pletus disrupit vestem et iactauit dicens. Si propter hoc me putas a pietate recedere habe donum cum impietate quã possides. Hanc eius fortitudinem cõtemplatus: nudum eum a suo ꝓiecit imperio.

¶ Capitulum.xxxij.

Iam quoqꝫ mille famulorum dominuꝫ resistẽtem sibimet negare creatorem omnium non ferentem requirens quis seruoꝝ eius esset seuissimus ei aliorum suorum tradidit dominatum. Cui et ipsum quoqꝫ dominum seruire ꝓcepit: simul ⁊ eius vxorem ꝑ hoc putans propugnatorem se flecte re veritatis. Sed spe sua decept⁹ est: habebat enim ille domum in petra constructam.

¶ Capitulum.xxxiij.

Beniamin etiã dyaconum cõprehẽdẽs clausit in carcerem. Cũqꝫ duo trãsissent anni superuenit legatarius romanoꝝ ꝓ aliis causis acturus. Et dum hec agnouisset postulauit a rege vt dimitteretur dyaconus. Porro rex iussit vt promitteret beniamin qꝛ nulli magoꝝ doctrinam christianoꝝ ꝑdicare presumeret: et dimitteretur exire. Tunc legatarius quidem custodire beniamin que rex ꝑceperat cõpromisit. Beniamin autem audiens monita legatariũ impossibile est inquit nõ me participare lumẽ aliis quod ipse percepi. Quanto enim supplicio dignus sit qui talentum abscondit sacra euangelioꝝ testatur hystoria. Sed rex horum tunc nihil agnoscens: iussit eum absolui a vinculis. At ille predicare nullatenus quiescebat. et capiens eos qui ignorantie calligine tenebantur: intelligibili luci iugiter offerebat. Cunqꝫ transisset anus regi gesta illius nũciantur. Tũc deductum ad se negare iussit quẽ adorabat deum verum. Ille respondit a rege dicens: quo dign⁹ honore est qui suum derelinquens regnum: inuadere studuerit alienum? Cunqꝫ dixissꝫ rex: morte nouissimoqꝫ supplicio: sapiẽtissim⁹ vir ille respondit. Quid ergo nõ iuste patiatur homo qui factoreꝫ mundiqꝫ creatorem nutritorem ac saluatorem deserens: vnũ conseruorum suorum deificare voluerit ⁊ debitum illi cultum isti magis obtulerit? His sermonibus rex accensus: viginti calamos acui: et totidem vnguibus digitorum eius manuum atqꝫ pedum precepit infigi. Cunqꝫ hoc supplicium ab eo derideri conspiceret: alium rursus calamum acutum in eius femore vnde humana origo descendit iussit immitti. Cunqꝫ crebro eiiceretur et rursus induceretur: ineffabiles ei dolores operabantur. Post hoc vero supplicium impius atqꝫ ferox virgã grossam spinis vndiqꝫ plenam: per eius meatum iussit induci: et

hoc modo spiritum fortissim⁹ de certator emisit. Sed et alia multa ab illis impijs sūt presumpta. Nec tamen mirandum est/ quia illorum ferocitatem et impietatē longanimiter deus omnium patiatur quādo ante imperium maximi constantini quicunq̄ fuerūt romanorum imperatores cōtra veritatis ministros vehementer insanierunt. Dioclesianus nāq̄ passionis ꝟ salutaris die in omni imperio romanoꝝ destruxit ecclesias. sed nouem transfactis annis isti quidem denuo floruerunt ⁊ multiplicem magnitudinem susceperūt. Ille vero post rabiem sue impietatis extinctus est. Nam ⁊ bella huiusmodi futura dominus predixit: et ecclesie victoriam predicauit. Nos tamē ipse quoq̄ res edocent quia plus nobis vtilia sūt bella q̄ pax quia pax delicatos nos remissos facit et timidos. Porro bellum et mē tem acuit et presentia quasi transeuntia contemnere persuadet. Sed et hec quidem et in alio opere crebrius enarrauimus.

Capitulum.xxxiiij.

Illo quoq̄ tēpore quo sacratissim⁹ theodotus anthiochenam regebat ecclesiam theodorus mompsuescie quidem episcopus: sed totius doctor ecclesie: qui contra vniuersam cohortem hereticorum fortiter dimicasset terminum vite sortitus est. Is enī diodori quidem magni doctrina potitus est Johannis vero sacratissimi fuit soci⁹ atq̄ cooperator. Communiter enim diodori pocula spiritalia sunt adepti: qui sex et triginta annis mansit in presulatu: et contra arrij eunomiiq̄ acies fortissime preliatus est: insidiasq̄ latronis apollinaris exilxit: optimaq̄ pascua diuinis ouibus preparauit. Cuius frater policronius apamenam rexit ecclesiam: et gratia sermonis: et claritate conuersationis ornatus.

Socrates.

Capitulum.xxxv.

Non multo post tempore q̄ iohannes defunctus est moritur ⁊ archadius imperator vir mitis ⁊ quietus: et circa finem vite ꝓ huiusmodi causa venerabilis estiatur. In vrbe cōstantinopolim domus est maxima habens cognomen carie id est nucis. Est enim in eius dom⁹ vestibulo arbor nucis ī qua sermo est eo q̄ fuerit appensus martyr acacius et defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic est edificatum. Hunc archadius videre volens ad orationem venit votoq̄ completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitātes volētes imperatorem videre currebant: et alij quidem foras domum precesserant: vt melius aspectū principis ⁊ ordinem viderent obseqū.

alij vero sequebatur. Dumq3 oēs cum mulieribus atq3 filiis simul q3 mancipiis extra domum fuissēt egressi: repente maxima domus oratorio coherens subito tota corruit: clamorq3 cum ammiratione secutus est qm oratio principis tātos a ruine iminentis periculo liberauit. Archadius itaq3 relicto ānor octo filio theodosio de quo iam plura sūt narrata defunct⁹ ē: cōsulatu bassi et philippi prima die maij mensis: anno secūdo ducentesime nonagesime septime olimpiadis. Js ergo cum patre q̄dem theodosio tredeci regnauit annis post mortē vero pr̄is quattuordeci: vixit ānis .xxx. et vno.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipiūt tituli libri .xi.

¶ Incipit liber vndecimus.

¶ Socrates.

¶ Capitulum primum.

Capitulū Primum.

gitur archadio imperatore defuncto: honorius q̄dem eius frater regebat hesperias: orientales autem prouincie sub ditione manebant theodosij minoris: cum esset annorum octo: āthemio prefecto omnia disponente. Erat enim iste nepos philippi q̄ paulum in episcopum sub cōstācio ab ecclesia expulerat: et macedonium introduxerat. Is enim muro maximo vrbem constantinopolim circundedit. Qui vir sapientissimus inter illius temporis homines: et putabatur et erat et nichil inconsulte faciebat: sed cum multorum concilio que erāt agēda tractabat et maxime sophiste troilo se credebat.

Capitulum secundum.

Imperatore igitur octo annos agente: tercium annum atticus habebat episcopatum vir clarus et eruditus venerabilis atq̄ prudens. Unde etiam ecclesias sub eo magnum sumere contigit incrementum. Non eni soli proprie fidei personis munific⁹ erat: sed etiam hereticis miraculū sue sapientie demonstrabat: quos fatigare quidem nolebat. Cū vero eos terrere tentasset / denuo mansuetudinē ostēdebat. Et inter hec non negligebat eloquium. Laborabat enim circa veterum lectiones noctibus eis incumbens. Quapropter non eum mouebāt philosophice aut sophistice lectiones. Erat enim et confabulantibus gratus: et cum tristibus mestus ꝛ absolute secundum apostolum omnibus omnia factus est. Primo quidē cū presbiter esset libros faciebat et meditatos corā ecclesia recitabat. Postea vero etiam fiduciam cum labore sortit⁹ sub oculis doctrinam laudabilē proferebat. Non tn̄ tales erant eius sermones vt etiam ab auditoribus scripture traderētur. Que vero eius temporibus memoranda prouenerunt enarrabo.

Capitulum tertium.

In synnada pacatiane frigie ciuitate: theodosi⁹ quidem erat episcopus et macedonianos cum illic plures essent insequebatur et non solum eos ciuitate sed etiā ab agris nimia crudelitate pellebat dum ortodoxorum ecclesia persecutiones īferre non soleat. Et ille non zelo recte fidei / sed pro pecuniarum amore faciebat. Cōtra quos vniuersos tam clericos q̄ iudices prouinciales armabat ꝛ precipue agapitum eorum turbabat epm. Cunq̄ iudices prouincie ad inferenda tormenta sibi sufficere non putaret: constantinopolim est profectus vt prefectorum solertia mereretur. Ibiq̄ posito theo

dosio ppter huiusmodi causam agapitus macedonianorum eps ad meliorem se contulit partem. Habitoqz tractatu cum oi clero et euocans populum sibimet sub iacentem suasit eis vt consubstan tialitatis susciperet fidem. Hoc facto repente cum maxima mul titudine magis cum oi vt ita dixe rim ciuitate ad orthodoxorum ec clesias venit: et oratione facta: se dem in qua theodosius presidere solebat obtinuit. Tūc vniens po pulum et de cetero fidem consub stantialitatis docens: ecclesiam tenuit synnadensem. His itaqz gestis non post multum tēporis theodosius cum prefectianorum venit auxilio. Et nihil sciens hoꝝ que fuerant gesta ad ecclesiam ꝓ perauit. Ex qua ab omnib⁹ expul sus: rursus constantinopolim re meauit: ⁊ apud epm atticum que fuerant contra eum gesta deposu it: q̄admodum irrationabiliter epatu fuisset expulsus. Atticus autem cognoscens vtilem causā ecclesie prouenisse: theodosium q̄ dem verbo consolatus est vt pati enter ferret preponens autē cau sis personalibus generalem vtili tatem scripsit agapito vt teneret episcopatum nichilqz de inimici tijs cogitaret theodosij.

Capitulum. iiij.

Hoc igitur vnū est rerum vtilium que at tici temporibus in eccl'ia prouenert. Sed neqz miraculoꝝ aut sanitatum hijs defuit causa temporibus. Quidā nanqz iude⁹ cum paraliticⁿ esset: plurimis an nis in lecto iacebat. Cūqz omnis medicina ei fuisset exhibita: ⁊ cū ctorū iudeorum nichil oratio ꝓ ualeret nouissime ad baptismā tis christiani gratiam confugit. huic soli veritati medicamini se cōmittens: hoc velociter episco po attico nūciatr. Quē cathecu minum factum et spem christi ꝓ mittens: deportare eum lecto ꝑ cepit ad baptismū. Uerum iude⁹ paraliticus: baptismū vera fide suscipiens cum de fōte fuisset le uatus egritudine repente priua tus est: et de cetero sanus fuit. Hanc igitur curam virtus chri sti etiam nostris temporibus de monstrauit. Qua causa plurimi paganorum credentes baptisati sunt. Judeos autem licet signa querentes: hec tamen non pro uocauerunt ad fidem. His ita apud christianos gestis plurimi paruipēdentes in sua nequitia permanserunt. Et non solum iu dei tantis prodigijs resultabant sed etiā sequaces eorum similia sapuisse conuicti sunt.

Capitulum quintum

Sabbatius itaqz cuius dudum fecimus mentionē nolens in suo ordine manere pbr̄at⁹ deside rabat episcopatū. Hisdēqz tēpibus recessit ab ecclesia nouatianorū occasionē hns quasi propt obser

uationem pasche iudaici. Faciebatq; collectas contra sisinnium susi episcopū in loco ciuitatis q̄ xerolofus appellatur i archadij foro. Illic enim rem cōmisit valde periculosam. Die nanq; festiuitatis i euangelica lectione vbi scriptū est erat ei pascha iudeoꝝ ꝟba que nusq̄ scripta neq; audita sūt presūpsit adūcere idest maledict⁹ qui pter azimas celebrauerit pascha. Hoc auditum ꝑcucurrit in ppl'm: ⁊ simplices decepti/nouatianoꝝ laicoꝝ conuenerunt ad illū. Quod tn̄ malum nō remāsit inultū: sed i finē pessima eius falsitas est conuersa. Post paululū enim dum ad quādā festiuitatē multi concurrerēt vt vigilias solite celebrarent formido subito demonica irruit sup eos quasi sisinnius eorū eps veniret cum maxima multitudie. Factaq; turba quippe nocte ⁊ in angustie loco cōpti semetipsos contriuerunt: ita vt vltra. lxx. homines morerentur. Hoc factum plurimos a sabbatianorum secta prohibuit: quidam vero in eius rusticitate manserunt.

Capitulum. vi.

Eodem tempore dorotheus arrianorū presul quē ab ãthiochia constantinopolim transtulerunt cū centum decem ⁊ nouē vixisset annos defunctus est, consulatu honorij septimo: ⁊ theodosij secūdo: sexta nouembrij mensis. post quem arriane superstitionis barbas ordinatur episcopus. Sub hoc itaq; barba p duos pbr̄os eloquentissimos arrianorum religio floruit: quorum alter thimotheus/alter georgius dicebat. Sed georgius doctrina helladica eruditus erat: thimotheus sacris litteris incumbebat. Et georgius quidem semper aristotelem et platonem habebat in manibus. Thimote⁹ origenem ita vt etiam lingua hebraica loqueretur. Thimotheus dudum psalthirianoꝝ fuit heresiorum: georgium barbas pbr̄m ordinauit. Thimotheum itaq; ego ipse vidi et cognoui q̄admodum interrogantibus erat respondere paratus / soluens obscurissimas questiones que in diuinis iueniunt eloquijs: testem vocās veracissimum origenem. Michi tamē videtur mirabile quomodo tales viri i arrianorū lege māserīt q̄rū vnus q̄dē platonē sēper habebat in manibus. Alter respirabat iugiter origenem dum nusq̄ plato secundam vel tertiam causam sicut ipse nominare solet initium subsistentie asserat percepisse: et origenes coeternum vbiq; fateatur filium patri. Qui licet i sua sententia manserint: religionem tamen arrianam perduxerunt latenter ad meliora. Multas nanq; arrij blasphemias doctrinis proprijs expulerunt.

Capitulum septimū.

Inter hec defuncto theophilo passione litargica consulatu honorii nono: et teodosii quinto: facta contentione propter epatum inter thimotheum et cirillū die tertia mortis theophili cirillus ordinatur eps: et maiori fastu q̄ theophilus tenebat epatū. Qui mox epatus sui principio nouacianorum claudēs ecclesias omnia vesa eorum sacra pcepit episcopumq̄ eorum theopōpum rebus quas habebat omnibus spoliauit. ¶ Capitulū. viij.

Eo tempore apud persas ē xpianitas dilatata. Inter romanos enim et persas sēper propter diuersas causas mittuntur legationes. Tunc ergo casus attulit: vt maruthas mesopotamenus eps cuius dudum meminimus: a romanorum imperatore ad persaꝝ destinaretur regē. Qui multam reuerentiam apud maruthām inueniens: eum decenter honorabat et tanq̄ diuinum respiciebat virum. Hoc factū mordebat magos metuētes ne regem xpianū fieri suaderet. Nam cum dolore capitis multo tēpore torqueretur: magis eum curare non valētibus maruthas orationibus fecit incolumē. Ob hanc ergo causam moliti sunt quandam magi fallaciam. Et qm̄ perse ignem colunt: consueuitq̄ rex in quadam domo ignem ardentem ppetuo suppliciter adorare: magi sub terra hominē quēdā abscondentes tpe quo rex solebat orare et eū talia clamare fecerunt. Mitte foras regem: ipse eni regit: quia sacerdotem xpianoꝝ iudicat esse venerandum. Hec audiēs disgerdis persarū rex: licet reuerentiā haberet: tamē maruthā abiicere cogitabat. Porro maruthas vere deo venerabilis hō vacabat orationibus per quas īuenit dolum magicis artibus fabricatū. Ueniensq̄ ad regē noli inqt illudi rex: sed ingressus dū audieris vocem fodi iube et doli causas inuenies. Non enim ignis loquit̄ sed hominum molimina hmōi esse noscuntur. Hoc dicto flexus ē persarum rex. Et rursus īgress⁹ vbi ignis inextiguibilis seruabatur cum audisset vocem iussit fodi locum. Tūc qui mittebat quasi diuinam vocem īuentus arguitur. Iratus itaq̄ rex magorum genus vsq̄ ad decimam iussit iminui portionem. Hoc facto maruthe dixit vt tēpla que vellet edificaret. Ex hoc apud persas sumpsit xpianitas incrementū. Tūc igitur maruthas a persis cōstātinopolim remeauit. Et non longo post tpe rursū destinatus est. Iterūq̄ magi machinabātur ne eū susciperet rex. Feceruntq̄ fetorē quēdā in locū vnde rex trāsire solebat: et quasi a xpianis factum fuerit derogabāt. Cūq̄ rex suspectos iā habēs magos hoc cū itō

dis requisisset denuo ab eis occi=
natū esse cognouit. Quāobrem
plurimos eoꝝ suppliciis tradi=
dit. Marutham vero potiori hono
re coluit: et romanos valde dile=
xit. eorūqꝫ āplexatus est pacem.
Qui pene xpian⁹ fieri potuit duꝫ
aliud miraculū per maruthā et
ablatā psidis epm prouenisset.
Ambo nāqꝫ molestū demonem a
regis filio ꝓtulerūt orationibus
vacātes atqꝫ ieiuniis. Post hec
aliis disgerde defuncto anteqꝫ fi
eret xpianus ad eius filiū perue
nit iperiū. Cuius tēpore iter per
sas atqꝫ romanos pacta soluta
sunt.

¶ Capitulum. ix.

Per idem tem=
pus innocentius prim⁹
rome nouatianos perse
qui cepit: multasqꝫ eorum tulit ec=
clesias. Quo tēpore roma est a
barbaris depredata. Alaric⁹ eni
quidam barbarus ditioni roma
norū: et theodosio īperatori sub=
iectus: atqꝫ contra eugenium ty
rannum solatia prebens: et pro=
pterea romanis dignitatibus ho
noratus: felicitatem suam nō fe=
rens imperare quidem non ele=
git: sed discedens ab vrbe constā
tinopolitana venit ad partes he
sperias. Cūqꝫ venisset illiricū oīa
subuertebat: et transiens thessa=
liam habita congressione circa
fluuium pinum apud nicopolim
epyri pene tria milia viros eius
thessalii peremerunt. Post hec
autem quicquid eis incurreret
destruentes: nouissime rome ve=
nerunt. Quā vastantes plurima
quidē miraculorum eius signe cō
cremauerunt pecunias autē ab=
ripuerunt: multosqꝫ senatorii or
dinis diuersis subdidere suppli=
ciis. Derìdentesqꝫ romanorū re
gnum: imperatorē fecerunt quē=
dam noīe attalū: quē vna die tā=
qꝫ imperatorem fecerūt procede
re altera vero serui schemate mi
nistrare. Hec dū egisset alaric⁹ ī
fugā repēte conuersus est: fama
procedente quia theodosius im
perator contra eum misisset exer
citum que fama nō fuit ficta: sed
vera: namqꝫ exercitus veniebat
Fertur itaqꝫ quia cum alaricus
pergeret romam vir quidam ve=
nerabilis conuersatione mona=
chus eum monuisset: vt mala ta
lia facere non auderet: neqꝫ neci
bus gauderet aut sanguine. At
ille. Non inquit ego volēs romā
proficiscor: sed quidam quotidie
michi molestus est torquens et di
cens: Perge et romam destrue
ciuitatem. Hec etiam de his di=
cta sufficiant.

¶ Capitulum. x.

Inter hec celesti
nus rome ordinat epy=
scopus: qui etiam noua
tianorum abstraxit ecclesias et
eorum episcopum nomine rusti=
culum ī occulto coegit celebrare
collectas: vsqꝫ ad illud nāqꝫ tps

plurimas nouaciani habebāt ecclesias. Porro constantinopolitani non talia pertulerunt: sed cum eos diligerent etiam intra vrbem eos collectas facere permiserunt. Moriente vero sisinnio nouatianorū episcopo crisantus ad episcopatum trahebatur: vir multis romanorum dignitatibus honoratus. Quo fugiēte sabbatius se tempus oportunum ad episcopatum inuenisse credēs / fecit quosdā ignobiles sibi manus imponere iusiurandumq; quod prebuerat paruipendēs. Cuius mores cum populus abhorruisset: chrisantū per loca omnia requirebant. Quem inuenientes in bithinia inuitum sacerdotiū suscipere coegerunt Qui nichil percipiebat ecclesie nisi dominico die duos panes.

Capitulū.xi.

Ea siquidem tempestate iudeorum gens ab alexandria est huius modi causa protecta. Alexandrinorum populus plusq̄ alie generationes seditionibus deditus ē qui si occasionem acceperit importabilia mala committit. Naz preter sanguinem non cessat a lite. Contigit itaq; tunc vt inter alterutros contentiones haberēt / non propter necessariam causā: sed propter studium pātomimorum: quia enim is qui die sabbatorum saltabat plurimum habebat populum iudeorum dum vacātes nō auditioni legis sed theatris occuparentur: ea dies litigiosa extitit inter partes. Cumq; hoc aliquatenus fuisset ab alexādrie prefecto correctum: nichilo minus mansere iudei partis alterius inimici. Et cū essent semp christianis infensi contra pantomimos eorum amplius dimicabant. Tunc igitur orestes prefectus alexandrie festiuitatē quandam quam policiam vocant / in theatro celebrabat vbi et aderāt quidā armatorū cirilli: dispositiones prefecti volētes agnoscere. Inter quos a quidam nomine gerax doctor puerilium litterarū: et cirilli feruentissimus vehemēter auditor: ac sollicitus plausus ī eius expositiōibus excitare. hūc itaq; geracem cū vidisset in theatro iudeorū turba: clamabat aduersus eum quia pro nichilo venerit nisi vt in theatro seditiōes inter populos excitaret. Uerum horrestis dudum habens odium contra cirilli superbiā: arreptū geracem publice fecit in theatro agitari verberibus. Hoc cirillus agnoscens: conuocatis prioribus iudeorū (vt decebat ammonuit) ne contra christianos seditiōes excitarent. Porro turba iudeorum hoc paruipendens maiora cōtra christianos tractauere molimina. Dantes itaq; sibimet signum vt anulum factum ex palma omnes haberent in digito cōtra christianos hoc modo dimicauerunt. Fecerūt enim quosdā

de suis vna nocte per omnes ci=
uitatis discurrere regiones cla=
mantes quoniā alexandrina ar=
deret ecclesia Ob quā rem chri=
stiani vndiqz concurrebant/ qua
si ecclesie flammas extinguerēt.
Porro iudei ignorantes interi=
mebant: semetipsos per signum
annuli cognoscentes: ac parcen
tes alterutris. Facto autem die
latere nequiuerūt Ob hāc rem
permotus cirillus cum maxima
multitudine synagogis astitit iu
deorum: et illas quidem abstulit/
iudeos autem expulit ciuitate eo
rumqz substantiam diripere po=
pulis imperauit. Hoc ergo mo=
do iudei a temporibus alexādri
macedonis illam habitantes vr
bem: tunc nudi prorsus expulsi
sunt: et per singula loca dispersi.
Adamanchius vero medicine so
phista constantinopolim veniēs
christianum se fore promittens:
postea reuersus in alexandriam
est. Igitur alexandrie prefectus
horrestes valde contristabatur
eo qz populosam vrbē ita desola=
tam repente conspiceret. Unde
etiā principi retulit quod proue=
nit. Sz et cirill⁹ delicta iudeoꝝ i=
patori nō tacuit: et horrestis ami
cicias cogente populo postula=
uit. Cumqz pfect⁹ amicicias ver=
ba refutaret euāgelia obtulit ei
cirillus. Et dum neqz sic eius cor
da subigerentur: hec denuo ꝓue
nerūt Monachoꝝ quidā in mon
te nitria constituti fautores the=
ophili ex illo quo contra diosco=
rum iniuste fuerit coarmatus e=
tiam pro cyrillo libenter prelia
susceperunt. Relictisqz monaste
riis viri pene quingenti et veniē=
tes ad ciuitatem procedētē i car
pento prefectum immolatorem
ydoloꝝ paganumqz clamabāt
At ille putans immissione cirilli
factum: clamare cepit. Christia=
nus sum/ et ab attico constanti=
nopolim baptisat⁹. Illis hec ver
ba despicientibus ammonius q̄
dam eorum prefectum petra per
cussit in capite. Qui repente con
pletus est sanguine et recedenti
bus officiis atqz lapidum impe=
tum declinantibus cum paucis
remansit. Inter hec populus cō
currebat vt prefecti vindicaret i=
iuriam. Detentumqz ammoniū
tandiu verberibus castigauit do
nec traderet morti. Nō post mul
tum hec nunciantur imperatori
Corpus autem ammonii sumēs
cirillus: in quadam ecclesia se=
peliuit eiqz aliud nomen impo=
suit vt non pro sua culpa: sed pro
christo mortuus crederetur Cui
laudes quasi martyribus offere
bat. Sed qui vere nouerant quia
dignas susceperat pro suo scele=
re penas: cirillum valde culpa=
bant. Sed neqz in hoc solummo
do cirilli et horrestis aduersitas
conquieuit quando post hec ali=
ud est exortum. ¶ Capitulū.xii.

Erat in alexan=
dria quedam mulier hy
pacia noie filia theonis

philosophi: et intantum erudita vt super philosophos eius tēporis emineret: et in platonicā scolam a plotino veniente: susciperet ipsa successionē atq3 oēs philosophicas lectiones exponeret Quapropter oēs currebant ad eam ꝓpter honestā doctrine fiduciā. Veniebat eni etiā ad iudices nec habebat vllam verecūdiam apud iudicē permixta viris dum eā cuncti ꝓ sui castitate venerarentur. Tunc ergo inuidia cōtra hanc feminā est accensa. Dū eni crebro pergeret ad horrestem ecclesiasticus populus motus aduersus eā est tāq3 ipsa eū ab amicitiis prohiberet episcopi. Quā obrē conspirantes viri acerrimo feruore pulsati quorum dux erat quidā petrus lector obseruauerunt mulierē ad propria remeantē / eā de vehiculo deponētes ad ecclesiā que vocatur cesaris traxerunt / et vestibus exutam lapidibus peremerunt. Quā postea membratim dilacerantes in loco qui dicitur cinarus igne concremauerunt. Hec res non mediocrē liuorem cirillo ⁊ alexandrine concussit ecclesie. Aliene namq3 sunt a christianis cedes ⁊ pugne Hec igitur acta sunt quarto anno epat⁹ cirilli: ꝯsulatu honorii dcio: ⁊ theodosii sexto: mese martio ieiuniis existētib⁹ ¶ Ca. xiii.

Post paucum vero tempus iudei rursus illicite contra christianos agentes / puniti sunt in loco qui dicitur nestar: posito inter calcidem ⁊ anciram syrie. Hec itaq3 iudei consueta quedam risibilia celebrantes; et ebrietatem accensi inter alia christianis ipsi q3 christo derogare ceperunt deludentes cruci et spem in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes igitur infātulum christianum alligatū cruci suspēderūt. Et primum quidem deludebant ⁊ irridebant ei. Postea vero correcti vesania ipsū infantulū verberibus peremerūt Ob hoc ergo dira ꝯgressio inter eos atq3 christianos exorta est. Quod dum principes agnouissent prouinciarum iudicibus mādatum est vt huiusmodi quererētur auctores et punirentur et hoc modo dignam vltionem sue nequitie receperunt.

¶ Capitulum. xiiii.

Ea siquidem tēpestate iudeus quidam seductor: ficta christianitate crebro baptisabatur ⁊ hac arte pecunias congregabat. Eā q3 multis heresibus illusisset arrianorum atq3 macedonianorū: postremo ad ecclesiā venit orthodoxorum. Cui dum tempus ieiuniorum fuiss3 impositum / multisq3 adhuc diebus occuparetur cepit fest inare vt quasi in feruenti studio baptismatis dona perciperet. Preparatur baptisma et vestis congrua baptismatis. Cū

q̄ fons fuisset impletus de ducitur iudeus ad baptisandum Tūc dei quedam inuisibilis virtus aquam disparere precepit. Cunq̄ presentes nō cogitantes dei virtutem aquam per cuniculum ꝓprium defluxisse suspicarentur: diligēter vndiq̄ clausum rursus impleuerunt fontē. Et denuo deducto iudeo aqua disparuit Tūc sacerdos. Quid mali inquit fecisti o homo? An certe nesciens baptisma iam potitus es? Ob hanc rem cum diuersi concurrerent: quidam iudeum recognouit quem baptisatū ab attico episcopo ipse susceperat Et hoc modo illius fraus vniuersis apparuit.

Capitulum.xv. A

Interea defuncto disgerdo rege persarum: eius filius barabanis ei successit. Hic instigatus a magis crudelib⁹ torquebat supplicijs christianos. Cunq̄ christiani apud persas opprimerentur confugiunt ad romanos eorum petentes auxilium. Quod atticus episcopus libenter excipiens eosq̄ quantum erat possibile fouēs que gesta fuerāt theodosio nunciauit imperatori. Eo quoq̄ tempore etiam alia causa prouenerat que romanos persis faciebat infensos Quoniam per se aurifossores quos a romanis ad mercedem acceperant reddere contemnebant: et quia onera negociatorum romanorum violenter abstulerant. Cum illa ergo ingratitudine etiam christianorum ad romanos confugientium est adiecta. Mox ergo persarum rex legatos mittit: repetēs fugientes Porro romani nequaq̄ ad se confugientes reddere voluerunt: non solum supplices liberare studentes sed pro xp̄ianitate libenter omnia sustinere. Quamobrē dimicare q̄ parituros christianos tradere potius elegerunt. Solutis igitur proptē hoc pactis bellum crudele commissum est. B De quo absurdum non est pauca narrare. Romanorum igitur imperator misit exercitum: cui prefuit militie magister ardaburus. Is enim ꝑ sicam regionem ꝑ armenie fines ingrediēs: vnam eius ꝓuinciam azamensem valde vastauit: cui cū plurimo exercitu narzeus dux ꝑthorum regi occurrit Factaq̄ʒ congressione deuictus est. Quo facto cogitauit ꝑ mezopotamiaʒ romanorum prouinciam sine custodia consistentem inuadere: et hoc modo de romanis vlcisci. Sʒ romanorum ducem narsei consiliū latere nō potuit. Depredatus enim azazenam velociter regionem et ipse mesopotamiā venit. Et idō narse⁹ licet multū habuissʒ exercitū: romanoꝝ terras ītroire nō potuit: sed veniens ad nisibin persarum ciuitatem in confinio ꝯstitutā ardaburio mādauit vt diē et locū statueret prelioꝝ.

At ille venientibus: Nunciate inquit narseo quia non quando tu volueris: romanorum pugnabunt imperatores. Uerum imperator deo soli spem belli committens destinauit exercitum. Et quia fideliter deo supplicans repente impetrauit auxilium hinc datur agnosci. Dum igitur constantinopolim pro euentu bellorum estuatio magna consurgeret: angeli dei iter agentibus per bithiniam ad vrbem constantinopoli se demonstrauerunt iubentes vt confiderent et orarent et deo crederent quia romanos victoria sequeretur: dicentes se mediatores belli directos a deo Hoc auditum non solum ciuitatem sed etiam milites confortauit. Cumque ad mesopotamiam bellum fuisset de armenie regione translatum romani persas nisibi clausos fortiter obsidebant: ligneas turres facientes aduersus eos; easque contra muros applicantes et plurimos de muris contra se pugnantium perimentes. Porro bardebanis persarum rex audiens azazenam regionem ab eis fuisse vastatam: et eos qui in nisibi clausi videbantur obsessos seipsum cum magno exercitu preparauit occurrere. Miratusque romanorum virtute: sarracenorum solatia postulauit. Quorum tunc erat rex alamundarus vir fortis et preliator qui dum multa milia sarracenorum haberet: persarum regi victoriam promittebat: seque ei antiochiam syrie traditurum sed non contigit quod putauit. Deus enim omnibus sarracenis quendam irrationabilem metum latenter iniecit: ita vt putarent sibimet romanos insistere. Turbatique nec habentes quo fugerent in fluuium effraten semetipsos armati proiiciebant. vbi plus centum milia virorum necati atque consumpti sunt. His ita prouenientibus nisibin obsidentes cum audirent persarum regem plurimos elefantos adducere perterriti: cuncta quidem obsessionis machinamenta concremauerunt et ad propria loca reuersi sunt. Que vero congressiones postea prouenerint Et quomodo arrobindas alter romanorum magister militum fortissimum persarum monachum interemit. Aut quomodo ardaburius septem fortissimos persarum duces insidiis captos occidit: vel quomodo biacianus alter dux romanorum reliquos sarracenos extinxit pretereundum est ne videar multum a proposita relatione digressus. Que tunc igitur gerebantur velociter imperatori theodosio nunciata sunt. Quomodo autem hec cito cognosceret indicare non piget. Inuenit quendam virum animi habitu corporisque fortissimum nomine palladium qui tanta velocitate veredos agebat: vt tribus diebus perueniret ad terminos romanorum atque persarum et rursus totidem remearet ad constantinopolim

ciuitatem. Is enim etiam alios romani imperij terminos velociter transibat. De quo quidam eloquentissimus sic ait. Iste vir cum sit lata romana respublica eam paruulam sua velocitate demonstrat. Quem etiam persarũ rex sepius ammiratus est.
Romanorũ igitur iperator licet videret aperte sibi collatã a deo victoriam prouenisse/ tamen pacem non dissimulauit expetere/ misitqꝫ helionem virum prudentem et honoratum vt cum persis de pace loqueretur. Qui dũ venisset mesopotamiam vbi erant fossata romanorum misit pro pace petenda legatarium quendã maximum virum eloquẽtissimũ ardaburij militie magistri consiliarium. Qui pro pace veniens ad persarum regem missuꝫ se nõ ab imperatore sed a ducibus asserebat dicens: quia hoc bellum pro sui contemptu neqꝫ peruenisset ad principem. Cumqꝫ paratꝰ esset vt legatarij verba susciperet: quia fame eius laborabat exercitus: veniens numerus qui apud eos immortaliuꝫ appellatur (est enim decem milia virorum valde fortissimorum) non prius dixerũt pacem cum romanis esse faciendam ꝙ ipsi eos sine custodia constitutos inuaderent. Quibꝰ verbis persuasum est regi vt se a pace suspenderet. Tunc legatariũ quidem clausum seruari fecit/ et misit numerum immortalium dimicare contra romanos. Qui venientes in duas acies diuisi medios habuere romanos. Porro romani vnam persarum vidẽtes aciem contra eam se preparabãt aliam non videbant que paulatĩ accessit ad pugnam. Cumqꝫ ergo iam congressio pene esset in opere dei prouidentia ex quodã colle exercitꝰ alter apparuit romanorum cum duce procopio. Qui cum videret socios in periculo istabat a dorso persarum. Tunc ĩ medio conclusi qui circundederant primo romanoꝫ in momento ab eis extincti sunt. Quo facto romani ad alios qui erant in subsidijs positi concurrerũt/ eosqꝫ fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellabantur omnes mortales apparuerũt penas exigente christo de gente persarum: eo ꝙ plurimos eiꝰ famulos occidissent. Porro rex ꝑsarum infortunij sui causã agnoscens: simulabat se nescire quod gestum est. Suscepitqꝫ legationẽ dicens legatario romanorum.
Non bello cedens pacem amplector sed tibi prestare volens: qꝛ omnium romanorum te sapientem esse cognosco: et hoc modo bellum propter christianos exortum de parthorum regione cessauit. Contigit enim consulatu honorij terciodecimo et theodosij decimo.

¶ Capitulum.xvi.

Tunc igitur acacius amide ciuitatis epm factus optimus reddidit clariorem. Cum enim romani milites captiuos persarum de azazena regione vastata reddere regi parthorum nullo modo vellēt: captiui fame consumebantur dū essent circa septem milia/quod psarum regem nō mediocriter cōtristabat. Tunc igitur acacius cōuocans clericos sibi subiectos viri inquit frēs deus nr̄ nec discis nec calicibus opus hʒ. Nam neqȝ comedit neqȝ bibit. Et quia multa vasa aurea ⁊ argentea ecclesia nostra ex oblatione christianorū habet/conuenit ex his liberari exercitum captiuorum egentibusqȝ cibos offerri. Hec et his similia cum dixisset: conflauit vasa et militibus dedit precium captiuorꝫ. Quos dum recreasset cibis datis sumptibus ad regem proprium destinauit. Hoc mirabile opus acacij persarum rex magis obstupuit/et quia bello romani ⁊ beneficiis euicissent. Aiunt enim quia etiam desiderium habuerit persarum rex vt videret acacium sed hoc theodosius prohibuerit imperator.

¶ Capitulum. xvij.

Victoria siquidē auxilio dei collata romani plurimi pollentes eloquiis: conscribebant laudes imperatoris. Cuius vxor heroico metro poemata multa confecit. Erat enim eloquens filia leoncii sophiste atheniensis/a patre omnibus lectionib⁹ erudita. Quam dum imperator ductur⁹ esset vxorem xpianam atticus fecit eps: et in baptismate cum prius vocaret arthenais eudochie nomen imposuit. Multi ergo sicuti dixi volentes innotescere: alij suā facundiam demonstrare: precōia imperatoris conscripserunt. Ego vero nec innotescere cupiens/nec facundiam sermonis ostendere cū veritate imperatoris bona memorare studeo qȝ sint damnosa si tacentur. Primū itaqȝ regaliter natus atqȝ nutritus nichil habuit tepidū sed sic fuit sapiens inter confabulantes vt experimentū omniū crederetur habere. Plerūqȝ ieiūabat et maxime quarta feria et sexta studio xpianitatis nec aliter ꝙ monasterium regalia videbātur Ipse nanqȝ matutino ad suas sorores pergens diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiam sacras litteras sine codice recitabat. Loquentibus episcopis velut olī sacerdos tactus ex diuina lectiōe respōdebat. Cōgregabat qȝ sacros codices et quoscunqȝ qlibet eoū interpretes seu expositores conscripsisse videbantur plus ꝙ prolome⁹ studuerat filadelfus. Patientia atqȝ clementia vniuersis hominibus eminebat. Nam iulianus imperator si

cet philosophus diceretur: non tamen anthiocensium portauit iniuriam: sed maxima theodoro tormenta indignatus imposuit. Porro theodosi⁹ multum gaudens silogismis aristotelis: philosophiam exercebat operibus: iram tristitiam: libidinemq; deuincens et in nullo sevlcisci desiderans. Dum igitur a quodam familiarium interrogaretur cur nullū se ledētiū morti subiceret: vtinā inqt eēt michi possibile ad vitam etiam mortuos reuocare Quē dum alter pro ea causa requireret: non est inquit magnuз neq; difficile hominem mori. qr neq; deo soli semel mortuum ex penitentia suscitare. Sic eni fuit clemens vt si quando quispiam dignum aliquid morte committeret: nec vsq; ad ciuitatis portas moriturus perueniebat: sed ex eius clementia continuo reuocatio sequebatur. Dum aliquo tēpore ipse in amphiteatro cōstātinopoleos expectaret cepit clamare populus: crudele bestie artifex parabolis pugnet. At ille nescitis inquit qr consueuimus nos expectare clementer? Tāta eniз pietate precelluit vt omnes quidem deo consecratos honoraret: precipue tamen quos audiebat veneranda actione pollere. Fertur autem qr dum cōstātinopolim episcopus chebronensis fuisset mortuus / sagum eius valde sordidissimum quesierit / quoq; circūamictus sit: credens se aliquid ex defuncti sanctitate ꝓmereri. Cum aliquando aeris tēpestas esset et ille circum propter populum expectaret: pleno circo tempestas vehementius agebatur multo ymbre diffuso. Dūq; hoc fieret suam voluntatem īperator aperuit / fecitq; per preconem clamari quia melius esset spectaculum contemnere et omnes rogare deum vt illesi ab imminente tempestate seruarentur. Quo dicto cuncti deo magno gaudio supplicantes hymnos concorditer offerebant / ⁊ tota ciuitas velut vna psallebat ecclesia. In medio autem horum imperator existens priuato scemate properabat. Nec spe sua frustratus est. Repente nanq; aer ad serenitatem diuina clemētia reuocatus: annum prebuit frugibus vniuersis vberrimum Si quando bella mouerentur secundum dauid, confugiebat ad deum sciens eum preliorum auctorem: inimicos orationibus superabat.

Capitulum.xviii.

Post paululum itaq; tempus ꝑtici belli defuncto imperatore honorio / consulatu asclepiodoti et mariniani augusto mense / quomodo iohannem tyrannum deo se committens superauerit enarrabo. Sicut enim tunc

sub moysen hebreis contigit rubrum transire mare, talis etiã ei⁹ ducibus euenerunt dum eos mitteret contra tyrannum. Defũcto siquidem sicuti diximus honorio principe cognoscens theodosius celauit factum: et alia dicendo diuersorũ suspitionibus obuiauit. Inter hec mittit magistrum militum in salonas ciuitatem dalmatiarum: vt si qua bellorum cõmotio ꝓueniret circa partes hesperias vicinis adiutor esset. Quo facto mortem patrui patefecit.

Inter hec iohannes primus imperialium conscriptorum non ferens suam felicitatem imperium contendit arripere. Misitq; legatos ad imperatorem theodosium petens vt eius susciperet imperium. At ille legatos quidem reclusit in carcere misitq; magistrũ militum ardaburium qui multũ laborauerat apud persas hic salonam veniens exinde nauigauit aquileiam. Contigitq; ventum aduersum flare ita vt tyranni man⁹ incideret. Quo capto sperabat ad necessitatem peruenire theodosium: vt per hoc eum decerneret iperatorem si vellet magistrũ militum liberare. Imperator tamen vt audiuit factum estuabat ne quid mali ardaburius sustineret. Aspar vero ardaburũ filius cognoscens patrem a tyrãno teneri: et multa milia barbarorum in solatio tyranni consistere quid faceret ignorabat. Quo tũc imperatoris oratione preualuit. Angelus enim dei sub schemate pastoris educebat asparem: et omnes qui cum eo erant ac per paludem adiacentem rauenne ad loca sperata peruenerunt. In ea nanq; ciuitate tyrannus degens habebat exercitum vnde nullus aliquando transisse fertur. Tunc ergo deus inadibilem terram fecit adibilem. Transeuntes nanq; per siccam paludis aquam apertasq; inuenientes ciuitatꝭ portas tyrannum quoq; detinuerũt. ¶ Tunc ergo piissimus imperator reuerentiam quam circa diuinitatem habebat ostendit. Dum ei circum expectaret nunciatum est ei tyrannum fuisse peremptum. Quamobrem sermonem fecit in populo dicens venite si placet relinquentes hanc voluntatem et pergentes ad ecclesiã gratificos deo soluamus hymnos cui⁹ manus tyrãni presumptionibus obuiauit. Quo dicto spectaculo cessante per medium circum cuncti cum eo concorditer gratias agẽtes ad ecclesiam conuenerunt ita vt tota ciuitas vna videretur ecclesia. Uenientesq; ad locum orationis iugi die grãs domino retulerunt.

¶ Explicit liber vndecimus.

¶ Incipiũt tituli libri. xii.

Incipit liber duodecim⁹,

Capitulum primum.

Igitur occiso tyranno cogitabat theodosius imperator cui deberꝫ hesperiaruꝫ regna committere. Tunc valentinian⁹ erat valde puer natus ex matre placidia eius quidem amita filia vero maioris theodosij archadij et honorii soror de patre constātio qui ab honorio imperij iura susceperat: paruoq; tempore cuꝫ eo regnauerat. Hunc ergo valentinianum consobrinum suum cesarem factum: mittit ad partes ytalie: cum quo matrem pariē placidiam eiq; vniuersam dispositionem commisit imperij. Cunq; voluisset ipse quoq; ytaliam pergereꝫ consobrinum ad imperij culmen cūeheret: quatenus sui vigore tyrannorum remoueret audaciam veniens vsq; ad thessalonicam languore prohibitus est. Quamobrem coronam imperialem post hec cōsobrino per patricium stiliconem mittens constantinopolim remeauit. Hec de talibus retulisse sufficiat.

Capitulum .ij.

Igitur atticus episcopus causas ecclesie sapiētia mirabiliter disponebat doctrinisq; populum ad virtutis studia prouocabat. Cunq; videret diuisam ecclesiā:

cum iohannite seorsum apud semetipsos sacra solennia celebrarent: iussit vt in orationibus memoria iohannis haberetur sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consueuit. per hoc sperans plurimos ad ecclesiam reuocare. Largus autem sic erat vt non solum pauperibus suarũ parrochiarum sed etiã i vicinis ciuitatibus multas pecunias pro egentium consolatione trãsmitteret. Calliopio nanq pbr̃o ecclesie nicene trecentos aureos dirigens hec scripsit calliopio attic9 in domino salutem. Cognoui decem milia esurientes in ciuitate a piis exhibẽda egere misericordia. Decem milia vero cum dico multitudinem intelligo non perfectum numerum comprehẽdo. Qvia igitur ego quidem habeo pceptum numerum datũ ab eodẽ manũ habet munificam: et pbet congruis dispensationibus & cõtigit aliquos indigere habentes non tamen qui nesciẽtes/suscipiens o charissimum michi caput hos trecentos solidos expende sicuti volueris: et maxime illis qui petere confunduntur et non eis qui ppter vite vẽtrem magis negociantur ex talibus. Nõ igitur vel religionem in hac parte considerare sed vnam tantũmodo rem obserua vt nutrias indigentes: nec cogites ea que nostra sunt sapere non videntur. Sic igitur atticus etiam procul indigentium habebat curam sed etiã superstitionem aliquorum studebat abscidere. Audiens etenim nouatianos iudaicum pascha sequentes propter sabbatium fuisse diuisos: eiusq corpus ab insula rhodi vbi mortuus fuerat trãslatum et plurimos ad tumulum eius orare noctanter/ mittens in aliud sepulchrum corpus sabbatij iussit abscondi. At illi consuete venientes effossũq reperiẽtes tumulum de cetero eum locum colere quieuerunt. Erat enĩ circa nomina locorum studiosus. Nam dum quidam portus in ore ponti euxini constitutus ex antiquo farmac9 appellaretur .i. venenarius mutato nomine eũ locum senatorium nominauit: ne dum ibi collecte predicarent̃ nomie blasphemo loc9 ipse designaretur. Sed et alium locum argyropolim p huiusmodi causa nominauit chrisopolis .i. in capite bosfori cõstitutum. Huius multi antiquorum faciunt mentionẽ de qua ciuitate xenofon in primo libro helladicorũ dicit quia eam murauit alchibiadis et in ea cõstituit vt qui nauigabant de ponto: decimas ibi preberẽt. Vidẽs ergo atticus locũ in contraria ripa chrisopoleos positũ delectabilem et decorum ait. Argiropolis nominetur. Qui locus ei9 repente cognomen obtinuit. Igit̃ quibusdam dicentibus ei non debere nouatianos itra ciuitatem missas facere. Nescitis inquit q̃ tum nobiscum in persecutiõe cõ

stantiꝫ atqꝫ valentis fuerint passi qui etiam testes sūt nostre fidei. Nam cū dudū ecclesia fuerit diuisa isti circa fidē nichil innouauerunt. Pro episcopi ordinatione aliquando veniens in nicea asclepiadem nouatianorū vidit episcopum valde senem interrogauitqꝫ quot i episcopatu ānos haberet. Quo respondente quinquaginta. Felix inquit homo es tanto tempore boni operis curā habens. Super hec ait Ego qdē nouatum laudo nouatianos nō approbo. Tunc asclepiades. Quomodo hoc dicis episcope? Verum atticus: illum iquit laudo qm̄ his qui sacrificauerāt cōicare non voluit: hoc etiam ego ipse fecissem. Nouacianos autem non laudo: quia pro vilib⁹ vicijs laicos gratia cōionis excludunt Asclepiadis dixit. Extra sacrificandi inquit peccatum etiam alia plurima sunt delicta secundū scripturas que ducunt ad mortē propter quas vos quidem clericos: nos āt cōicare ēt laicos prohibem⁹ deo soli eoꝝ remissionis iudiciū cōmittentes. Attic⁹ igit etiā suā pscripsit mortē. Nā cū a nicea discederet calliopio presbitero dixit. Añ antūnū cōstantinopoli venire festina si vtuū me deinuo videre desideras. Si tardaueris nō videbis. Quo dicto mētit⁹ nō est. Anno nanqꝫ .xxi. sui episcopat⁹: decima die mensis octobris ē mortu⁹: consulatu theodosij .x. ⁊ valētiniāi cesaris pmo.

¶ Capitulum tertium.

Porro theodosi⁹ imperator a thessalonica reuertens eius exeqas non inuenit. Ante vnum nāqꝫ diem quam ingrederetur ille sepultus est. Post paucos vero dies .i. viginti tres mensis octobris nunciatum est quia valentinianus infulas suscepisset imperiū. Post obitum igitur attici fit maxima de episcopi ordinatiōe contentio: alijs alium postulantibus quidam philippū presbiterum qrebant: alij pcliū nē pbrm. Sed ois populus communiter desiderabat ordinari sisinnium qui et ipse psbiter quidem erat. In nulla tamen ciuitate ordinatur: sed in suburbano constantinopolis cui nomen oliua est ministrabat. hoc suburbanū est positū ꝯ faciē ciuitatis vbi dies ascēsiōis saluatoris solēnit celebratur. Hunc ergo virum oēs laici diligebant pro sui reuerentia: et maxie quia fouebat pauperes vltra sui mēsurā. Preualuit ergo votum laicoꝝ et sisinnius ordinatus est vicesimaoctaua die februarij mensis: cōsulatu sequēti theodosij duodecimo: et valentiniani iunioris scdo. Philipp⁹ āt psbyter cui prepositus fuerat sisinnius i hystoria xpiana i qua triginta sex libros ipse conscripsit ordinationē sisinnij valde lacerauit derogans ordiato et pariter ordinātib⁹ ⁊ maxie laicis. Js cui

philipp⁹ a iohe episcopo dyaco-
nus ordinatus: multa quoqȝ cō
scripsit contra iulianum impera
torem/ cuius tamen historia mi-
chi multam videtur hre cōfusio
nem/ et non satis prodesse legen
tibus. Sisinnio igitur ordinato
contigit episcopum obire cizice-
nū. Tunc sisinnius proclum in ci
zico cōsecrauit: qui anteqꝫ profi-
cisceretur ad cizicū ciues recedē
tes dalmaciū mōachum sibimet
ordinarunt paruipēdētes regu-
lam qua iubetur preter constan
tinopolitanū episcopum ordina
tionem fieri nō debere. Quod i-
deo ciziceni neglexerunt quia at
tico soli hec lex personaliter pre
stita videbatur. Mansit ergo ꝓ-
clus non hñs ecclesiam propri-
am/ qui tamen in doctrina eccle
siarum constantinopoleos valde
florebat. Igit̄ sisinnius cum du-
os in episcopatu cōpleuisset an-
nos defunct⁹ est cōsulatu hierij
et ardeburij vicesima quarta die
decēbrij mēsis vir famosissimus
castitate ⁊ rectitudie vite sue mā
suet⁹ morib⁹ sine vllo figmēto re
mot⁹ a causis. Quāobrē curiosis
viris tristis ⁊ inefficax videbat̄.

Capitulum. iiij.

Defuncto sisin-
nio imperatorib⁹ visuȝ
est nullū ex ecclesia cō-
stantinopolitana ordiare pōtifi-
cē eo qꝫ esset vane glorie ⁊ sibimet
arrogantes. Cum itaqꝫ multi phi
lippū plimi ꝓclū habere desidē-
rarent. interea ab āthiochia vi-
sum est vocari debere antistitē.
Erat eni ibi quidam nestori⁹ no
mine genere germanicieñs: bo-
ne vocis ⁊ simul eloquij. Ideoqȝ
eum quasi oportunuȝ doctrinis
euocauerūt. Cūqȝ trāsisset tres
menses nestorius venit ab āthio
chia qui castitate īter plurimos
precipuus habebatur. Quibus
autem fuerit moribus institut⁹
sapientes a primo eius sermone
non latuit. Ordinatus enim de-
cima die mensis aprilis consula
tu felicis ⁊ tauri mox illam deuul
gatam coram omni populo pro-
tulit vocem: faciens sermonem
ad principem. Da michi inquit
o imperator: terram purgatam
hereticis ⁊ ego celum tribuo. de
bella mecum hereticos ⁊ ego te
cum debellabo persas. Hec cū
dixisset licet quidam odio habe-
rent hereticos tamen leuitas sē
sus eius et indignationis initiū
et vaneglorie tumor eis valde
displicuit. quia neqȝ paruulum
tempus sustinens ad talia ver-
ba descendit et secundū prouer
bium vtita dicā cū neqȝ ciuitate
ad huc gustasset aquam persecu
tor feruentissimus apparebat.
Quita vero ordinatiōis die ora
torium arrianorum in quo latē-
ter conueniebant auferre volēs
eos ad tantum furorem perdu-
xit vt eundem oratorium concre
marent. Que causa etiā vicinas
cōsūpsit edes turbaqȝ vehemēs
in ciuitate prouenit. Uerum ar-

riani semetipsos defendere pre-
parabant: sed eorum consilium
custos ciuitatis dns impediuit.
De cetero autem ipsum nestoriu
vocabant incendium non solum
heretici sed etiam qui eius fidei
concordabant. Non enim eos si
mile patiebatur sed semper con-
tra hereses machinatus quantu
ad se subuertit funditus ciuitate
Nouacianos autem depopula-
ri tentabat eo q paulus eorum
episcop9 preditus esse reuerentia
diceretur sz proceres eius ipetu
refrenarunt. Quanta vero circa
asia lidia cariam: contra quar-
todecimanos mala commiserit
et quanti propter eum circa mi-
letum et sardis facta seditione
sint mortui nunc omitto Quam
vero propter hec propter meffre
natam linguam receperit vltio-
nem post pauca narrabo. Nunc
itaqz res memorabilis indican-
da est. Quedā in B sula vltra
rhenu fluuiu e: burgundionum
Isti vitam quieta agunt: z pene
omnes fabri lignoru sunt ex qua
mercede pascuntur: quoru regi-
onem huni crebra inuasiōe vasta
bant et plurimos occidebant.
At illi licet anxietate constricti
ad nullum se tamen homine con
tulerunt: sed alicui deo se cōmit
tere cogitabant. Tunc audien-
tes qz romanoz de9 fortit adiu-
uat se timentes: oes cōi consilio
ad credulitate christi cōfugiunt
Venientesqz in: vna ciuitatem
galliarum rogabant vt ab epis-
copo xpianoz baptisma mererē
tur. At ille eos septē dieb9 faciēs
ieiunare et ibuēs fide: baptizās
eos octaua die abire precepit.
Qui sumpta fiducia cōtra tyrā-
nos alacrit festinabāt: et spe sua
priuati non sūt. Nā cū rex huno
rū noie supturas p noctē fuisset
ciboz nimia voracitate corrup-
tus: burgūdiones gentē imicā
sine duce repiētes et pauci pluri
bus resistētes facta cōgressione
vicerūt Nā cū essēt isti tria milia
circa decē milia pemerūt: et ex il
lo cūcta gēs feruentissime i xpia
nitate pmāsit. Eo tpe barbas ar
rianorū eps est defunct9 cōsula-
tu theodosii tertiodecimo et va-
lentiniani tertio vicesimaquar-
ta die iunii mēsis: i cui9 loco sab
baci9 ordinatur. Nestori9 itaqz
agēs pter cōsuetudinē eccle cō-
tra se plurimos incitabat: sicut
eius actus ostēdunt. In germā
sle enim hellesponti ciuitate an
toni9 erat: qui cognoscēs instā-
tiā nestorij aduersus hereticos
macedonianos et ipse psequi se
stiabat quasi patriarche imitat9
imaginē. Porro macedoniani
aliquātulū sūt ppessi. Cūqz āto-
ni9 vehemēter isisteret iam mo-
lestiā nō ferētes ad scel9 se duris
simū cōtulerūt. Mittēs etei quos-
dā viros zqd rectū ē scdo loco po
nētes interemerūt eū. Hoc factū ma
cedonianoz maiori psecutionis
dedit occasionē. Persuasit eni i
patorib9 vt eoz ecclie tollerētur
Quaobrē cōstātinopoli eis eccla

ablata est ante murū veterē posita ciuitatis / z cizico / z alie plurime quas habebant in hellespōto. quorum aliqui ad ecclesiam confugerunt in consubstantialitatis fide consentientes. Sed sicut ait scri C ptura ebrio isvinum non deest; neqꝫ contentioso lites: sic quoqꝫ nestorio amanti persecutiones euenit vt persequeretur semper ecclesiam dei. Erat cum eo anastasius presbyter ab anthiochia pariter destinatus quem nimis honorabat z veluti consiliarium habebat in causis. Aliquando igitur coram ecclesia anastasius docens ait. Dei genitricem mariā nullus appellet. Maria enim homo fuit: et deum ab homine generari nimis est impossibile. Hoc cum auditum fuisset plurimos clericorum et laicorum pariter cōturbabat. Olim namqꝫ didicerāt deum pariter et hominem christū et nullatenus eum per dispensationem velut hominem a diuinitate separari credentes apostolice voci que dicit. Et si cognouimus secundum carnem christū sed nunc nequaquā cognoscim⁹ Quapropter relinquētes de christo sermonem ad perfectionem ꝑcedamus. Tumultu siquidem sicuti dixi in ecclesia facto: nestorius anastasij sermonem firmare volens et non redarguere velut blasphemum qui videbatur ab eo honorari: frequenter ex hoc corā ecclesia docuit. Et cum maiori contētione questionē hanc agitabant sermonem dei genitricis habentes: vnde diuisio nata est in ecclesia: et velut in nocturna lite diuisi nunc his nunc alijs consentiebant et verba propria denegabant. Nestorius apō multos in ea erat opinione qꝛ purū hominem diceret christum et tā ꝙ pauli samosateni atqꝫ fotini dogma in ecclesias introduceret Hoc hismaxima questio nata est et tumultus: ita vt vniuersalis synodus ageretur. Ego vero legens nestorij libros que intellexisse comperi hunc virum et cū veritate conspexi neqꝫ pro eius inimicijs neqꝫ pro gratia alterius explanabo. Non michi videtur nestorius neqꝫ samosatenum secutus paulū neqꝫ fotinū neqꝫ omnino purū hominē dixisse christum sed sermonē tantūmō quasi metuendū expauisse. Et hoc passum qu a decenter non erat eruditus. Qui dum naturaliter eloquens fuisset putabat edoctum z libris antiquorum interpretū dedignabat incūbere omniumqꝫ se meliorem putabat esse: ignorās quia in catholica iohannis epistola in antiquis exemplaribus habeatur Omnis spiritꝰ qui soluit iesum a deo non est. Hunc enim sensum ex veteribus exemplaribus abstulerunt: qui separare volunt ab hominis dispensatione diuinitatem. Quapropt veteres interpretes hocipꝫ dedignati sunt: quoniam aliqui adul-

terati sunt hanc epistolam solue re hominem a deo volentes. Est enim humanitas copulata diui nitati et iam non sūt duo sed vnū Hac ratione cōfidentes antiqui mariam dei non timuerunt dice re genitricem. Pamphilus eni eusebii tertio libro de vita cōstā tini dixit Etenim et generationē sustinere qui nobiscū esse deus ꝓpter nos voluit et locus eius incarnate generationis nominat⁹ est apd hebreos bethleē. Quam obrē et helena augusta deo amabilis locū amplum vbi dei genitrix peperit memorijs mirabilibus adornauit: hāc sacratissimā speluncam decenter irradians. Sed origenes i primo thomo de epistola pauli apostoli ad romanos ait. Quomodo dei genitrix dicatur lati⁹ animaduerto. Apparet igitur nestorium ignorasse lectiones antiquorum. Quapropter sicut dixi i sermone solo mo ratus est: et non solum eum sermonem ex animo dedit sꝫ etiam omnino deū esse qui natus ē denegauit Nos enim fatemur quoniam qui de sancta virgine nat⁹ est crucifixus est dominus est et glorie sicut dixit apostol⁹. Si enī cognouissēt nunq̄ dominū glorie crucifixissent. Porro nestorius dicit. Noli gloriari iudee nō crucifixisti deum: tanq̄ ipse domin⁹ glorie idem non sit de⁹. Nam qꝛ purum non dicit hominem christum sicut fotinus: aut paulus samolatenus etiam omelie quas fecit ostendunt. Nusquam enim dei verbi subsistentiam perimit; sed vbiq̄ eum subsistere confitetur et habere substantiam non sicut fotinus ⁊ samolatenus eius existentiam perimentes. hoc enim et manichei a montano dogmatisare presumūt. Sic igiẗ nestorium inuenio sapuisse ex eius libris Non ergo mediocrē cōcussionem orbiterrarum tepidissima nestorij ratiocinatio concitauit. ¶ Interea contigerit. P scelus quoddam i ecclesia prouenire. Serui quidam potentium genere barbari dominum crudelem experti: ad ecclesiam confugerunt: et portantes gladios ingressi sunt ad altare Cumq̄ rogarētur exire nullo modo voluerūt sed impediebāt solennia celebrari: pluribus diebus gladios tenentes euaginatos: et parati se vindicare et omnibus ad eos accedentibus insistebant. Qui postremo vnū clericum perimētes et alium vulnerantes: etiam semetipsos iteremerūt. Quo facto q̄dam transeuntium hoc scel⁹ nichil boni ecclesie significare predixit: nec veritate priuatus est. Significabat enim populi diuisionem et deiectionem eius qui fuerat causa diuisionis.

¶ Capitulum. v.

Non multo post tempore iussio principalis episcopos vndiq̄ ad ephesū cōuenire pcepit. Mox ḡ

post paschalem festiuitatem: nestorius cum maxima multitudine venit ad ephesū: inuenitq3 plurimos episcoporum ibi fuisse collectos. Porro cirillus alexādrinus modicum retardatus: circa penthecosten occurrit. Quinta vero die post penthecosten: et iuuenalis hierosolimorum venit. Porro iohāne anthiocheno tardante mouebant presentes episcopi questionem. Cirillus autē alexandrinus episcopus: deflorationes quasdam librorum nestorij faciebat eum turbare volens. Etenim erat inimicus eius. Et cum plurimi deum confiteantur esse iesum / ego inquit nestorius bitrem et trinitrem nequaq̄ confitear deum. Qua gratia mund⁹ sum a sanguine vestro et amodo ad vos non venio. Dum hec itaq3 dixisset cum reliquis congregabatur episcopis qui eius sententiam sequebātur. Presentes ergo in duos ordines sunt diuisi Porro cirillus cū suis facto consilio nestorium vocauerūt. At ille non obediuit. Differens in presentiam iohannis anthiocheni. Qui vero circa cirillu3 omelias nestorij quas de hac questione ꝑtulerat sepius relegētes. et ex ipsis iudicātes eum velut blasphemantem dei filium damnauerūt Hoc facto: qui circa nestoriū aliud apud se conciliū facientes dānauere cirillū ⁊ cū eo menonem ephesine ciuitatis epm̄ Nō vero post multū venit etiam iohānes anthiochenus eps / ⁊ cognoscēs que gesta sunt: indignabatur cōtra cirillum tanq̄ seditionis auctorē: eo q̄ sic feruētissime nestorij fecisse dānationē. Porro cirillus cū iuuenale volens se vlcisci contra iohannem damnauit etiam ipsum Dis tali mixtione confusis cognoscens nestorius contētionē / ad quandam perniciē peruenisse dei genitricem mariā vocabat dicens. Dicatur inquit etiam dei genitrix maria et ea q̄ offertur tristicia conquiescant. S3 nullus eum ex penitētia talis dicētem suscepit. Quapropter hactenus damnatus et in exiliū missus onasin habitare dinoscitur. Hunc ergo terminum synodus habuit que gesta sunt consulatu bassi et āthiochi vicesimaoctaua die iunij mensis.

¶ Capitulum sextum.

Porro iohannes veniens anthiochiam ⁊ plurimos episcopoꝝ colligens: damnauit cirillum cu3 iā esset in alexandria. Post paululumvero tempus inimicitias resoluentes / ad gratiam sūt regressi: ⁊ sedes alterutris reddiderūt. Post damnationem vero nestorij / dura cōstantinopolim turba contra ecclesiam facta est. Diuisus est namq3 popul⁹ propter tepidum eius sicut dixi tractatum. Clerici tamen omnes communi decreto eum anathematisauerūt. Sic enim nos christiani contra

blasphemos prolatum solemus appellare decretum quando eū vult in marmore scriptum manifestum cunctis ostendimus.

¶Capitulū.vij.

His ita prouenientibus de electione episcopi questio rursus exorta est et multi philippum cuius iam feci memoriam plurimi proclum eligebāt. Potuitq3 proclus tenere pontificatū / nisi quidam procerum prohibuissent dicentes regulam ecclesiasticā nō permittere eum qui alterius ciuitatis episcopus nominatus est ad alteram migrare ciuitatem / quod dictum populus reuocauit. Cumq3 quattuor transissent menses: post nestorij damnationem maximianus ordinatur episcopus: in monachica quidem vita presbiterorum tamen collegio constitutus. Is enim opinionem reuerendi viri olim habuerat eo q proprijs sumptibus monumenta fabricaret vt in eis religiosorū corpora sepeliret. Erat enim ydiota sermone et sub quiete viuere potius eligebat.

¶Capitulū.viij. A

Quia vero quidam dicebāt ecclesiasticam regulam prohibere ne proclus constantinopolitanā teneret ecclesiam: cū cizico fuisset ordinatus volo p hac re pauca narrare. Non enim michi hoc vere dixisse videntur: sed aut inuidia faciente aut ignorante ecclesiasticam sanctionem prohibuere que frequēter in ecclesijs vtiliter facta noscuntur. Eusebius itaq3 pamphili in sexto ecclesiastice historie libro alexandrum vnius capadocie ciuitatis episcopum refert quia cum venisset causa orationis ad hierosolimam: tentus sit ab eius ciuibus et in locū narcisci episcopi constitutus: et de cetero omni vita sua ipsi ecclesie psedisse. Sic igitur apud veteres fine vlla differentia de ciuitate ad aliam migrabat episcopus dum vtilitas euocaret. Oportet autem etiam regulam huic operi copulari vt ostēdatur quia mentiti sūt qui proclum inthronisare prohibuerunt. ¶Regula.xviij.

¶Si quis episcopus ordinatus ad parrochiam in qua ordinatus est minime pficiscitur nō sua culpa: sed sine populo respuente aut pter quamlibet aliam causā nō necessitate factam hunc honore ministerioq3 participari tantum nec eum misceri rebus ecclesie in qua collectas celebrat ecclesia: sed sustinere quod prouincie synodus suo iudicio terminauerit. Hec itaq3 regula est. Quia vero plurimi episcoporum ex alijs ciuitatibus ad alias propter vtilitates temporum sūt migrati nomina eorum qui sunt mutati subdimus. Perigenes in petris ordinatur episcopus: et quoniam ciues eius eum suscipere noluerūt

romane ciuitatis epus iussit eu3 inthronisari i chorinto metropo li defuncto eius episcopo eiqȝ do nec aduixit ecclesie pfuit. ¶ Gregorius nazanzenus prius vnius capadocene ciuitatis fuit episcopus. deinde nazanzo cōstitutus est. Melecciusprius in sebastena ecclesia prefuit/et postea anthiochie presul est constitutus: dositheum selentie episcopum. Alexander anthiochenus episcopus in tharsū cilicie demigrauit. Reuerentius ab arils phenitie i thirum migratus est. Johannes de gordo lydie mutatus est in proconnisum/et in ea presidet ecclesia. Palladi⁹ ab hellinopoli mutat̄ i asponā. Alexāder ab hellinopoli i adrianos mutat⁹ est. Theosebi⁹ ab apamia asie transfertur in eudoxiopolim que dudum salābria vocabatur. Policarpus de vrbe antapristena misie i nicopoli thracie mutat⁹ ē. Hierophil⁹ a trapezapoli phrigie/migratus ē in plutinopoli thracie. Optim⁹ ab agadamia phrigie in anthiochiam presidie migratur. Siluanus a philippo polithrachie mutatur i troadam. Tantos igitur quantos ad presens inuenimus ex p̄priis ciuitatib⁹ ad aliasmigrasse nos memorasse sufficiat. De siluano tamen qui ex philippopoleos thracie i troada migratus est/vtile iudico pauca narrare. ¶ Siluanus quidam B rhetor fuit prius throili sophiste et adperfectum christianus/ vitamqȝ monachicam diligens. Is enim doctoris pallio vti despexit. Quem post hec atticus episcopus comprehendens episcopum philippopoleos ordinauit. At ille tribus annis i thracia degens nec frigora ferre valens cū haberet corpus valde debile ac subtile/rogauit atticum vt eum i locum alium constitueret dicēs non ob aliam causa3 nisi propter frigus ea loca vitare. Cūqȝ alter pro eo fuisset ordina⁹ mansit siluanus constantinopolim vitam monachicam perfecte custodiēs. Tantumqȝ sine vlla fuit arrogātia vt plerumqȝ in tanta multitudine ciuitatis solus de sparto p̄cederet. Quodam vero tempore pretereunte/troiane presul ecclesie moritur. Troianiqȝ venerunt petentes episcopum. Cumqȝ cogitaret atticus quē ordinare deberet subito contigit ad eum salutandum venire siluanum. At ille videns eum mox cogitare cessauit. Tūc ad siluanū. Nō habes īdt vlti⁹ occasionē pro qua ecclesiasticas curas possis effugere. Troiana nanqȝ non hab3 frigus sed ecce apparatus est tuo corpori oportunus a deo locus. prepara ergo temetipsum et ad troiam continuo proficiscere. Migratur ergo siluanus. Quo facto: miraculum quod inter eius man⁹ accesserit enarrabo. Nauis maxima que grandes columnas deuehe ret/nup i littore troiano fabricabatur. Cumqȝ eam ad mare vo

lui/tēt deducere/ multis funibus atq; populo trahente nullaten⁹ mouebat. Quod cū plurimis die bus ageretur suspicati sunt na= uem a demonio retineri. Tunc ad siluanum venientes episcopū rogauerunt eum vt in eo loco da ret orationem credentes hoc mo do trahi nauem. At ille humili sermone dicebat se esse peccato= rem/asserens hoc opus alicuius esse iusti/non tamen suum. Quē dum rogassent venit ad littus. Factaq; oratiōe tetigit vnum fu= nem: iubens vt insisterent operi cum labore. Tunc illis pre: bite= ris impellentibus cursim nauis ad mare processit/ hoc miraculū reuerentiam illius viri cunctos fecit habere prouinciales. Qui dum esset etiam in aliis rebus ex imius/videns clericos etiam de contentiōe litigantium negocia facientes: nullum clericum ali= quando iudicare precepit sed pe titiones postulantium ipse susce pit. Rogabat vnum fidelium lai corum amatorem p iusticie vt ip se litigantibus itereēsset et termi num iusticie definiret. Pro quam rē maximā apud oēs gliam cōse cut⁹ est. Cū igr maximian⁹ ī vrbe ɔstātiopolitana ordinat⁹ fuisset epa/cōsulatu bassi ⁊ āthonij quī= ta ⁊ vicesima die mensis octobri cāe ecclīastice ǭeuerit. ❡Ca.ix.

Circa hoc tem= pus multi iudeorū ī cre ta christiani facti sunt propter huiusmodi passionem. Quidam seductor iudeus finxit semetipsum esse moysen et celit⁹ destinatum: vt iudeos illam insu lam habitantes per mare duce= ret ipsum se esse dicens qui olim filios israel per rubrum mare sal uauerat. Circuibat itaq; toto an no vnamquamq; illius insule ci= uitatē: suadebatq; iudeis vt cre= derent/ monens vt omnes pecu= nias atq; possessiones relinque= rent. Cum vtiq; deducti per sic= cum mare ad repromissiōis gau= dia peruenirent. At illi hac spe capti omne opus propriū negli= gebant contemnentes etiam pos sessiones suas: et dimittētes eas quibuscunq; personis. Cumq; de uenisset dies quam designauerat seductor ille iudeus eo preceden te sequebantur omnes cum con iugibus et pueris: deduxitq; ad quandam rupem decliuius incū bentem: iussitq; vt thomorū sche mate semetipsos euoluerēt. Hoc igitur faciebant priores. Et cum venirent ad rupes repēte morie bantur tam dilacerati acutis ru pibus q̄ in aqua necati plus ta= men mori potuerunt nisi deo pro uidēte quidam viri christiani su peruenissēt piscatores atq; negocia tores q̄ alios cū necarent erip ē tes recreauerūt. Cū malū eorū stul ticie sētiētes alios ne semetipos tactu īficerēt tenuerūt: nūciātes eorū mortē q̄ prio ceciderāt. Qui etiā cognoscētes seductionē cul= pabāt se eo q̄ facile credidissent.

Cunqз voluissent illum perime re seductorem: cōprehendere ne quiuerunt. Repente nāqз dispa ruit: deditqз suspitionem qз de= mō fuisset errone⁹ humano sche mate circunamictus. Pro hac itaqз passione multi tunc creten sium iudeorum ad xpianam con uersi sunt fidem.

Capitulum.x. A

Nterea incen= dium in ciuitate cōstā= tinopolitana factū pau latim puenit ad termas que vo= cantur achillee / deinde ad locū qui dicitur pelargus ita vt noua cianorum comprehenderetur ec clesia. Tunc fertur paulum eo= rum episcopum inter flammas ecclesie restitisse supplicantē deo ne ecclesia cremaretur. Qui lo= cus ereptus est: et hactenus se= ptimadecima die mensis augu= sti apud nouacianos collectio ce lebratur. Hunc tamen locū non solū xpiani sed etiam pagani ex eo tempore venerantur. Maxi= mianus igitur cum duos B annos et sex menses ecclesiā gu bernasset defunctus est / consula tu ariobinde et asparis die duo= decima mensis aprilis: in septia na maiore ieiuniorum feria quī ta. Tūc igitur theodosius impe rator sapienter causam prospe= xit ne rursus de epātu seditiōis questio aut tumultus in ecclesia nasceretur. Cū adhuc ergo cor= pus maximiani iaceret pñtibus episcopis: precepit inthronisare proclum. Quod etiam romani episcopi celestini litere firmaue runt quas ad cirillum alexandri ne destinauit epm: et ad iohēm ā= thiochenum et rufū thessalonicē sem dicens qз nichil prohiberet alterius ciuitatis exntē epm in aliam demigrari. Inthronisat⁹ igitur proclus exequias maxi= miani corporis celebrauit: de q̄ tēpus est vt pauca dicamus.

Capitulum.xi.

Proclus ab etate primo lectōr fuit apō do ctores tamen obseruās zelator quidem rhetorice. Qui dū ad perfectā venisset etatem. Plerūqз cū attico erat episcopo exceptor sermonū eius. Et dum proficeret ab attico dyaconus or dinatur postea pbr̄. A sisinnio ve ro cizici consecratur episcopus. Hec equidem ei primitus prouε nerunt: postea thronum constan tinopolitane sortitur ecclesie. Erat enim vir moribus optim⁹: et ab attico vtiliter eruditus: om nia eius imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et il le quidem hereticis se terribilē oportune monstrabat: iste vero omnibus mitis erat: et sic eos po ti⁹ q̄ violenter flectere nitebat nullā heresim fatigare volēs: in hac parte theodosium imitatus imperatorē. Ille nāqз iudicabat ɜ culpabiles spiali nō vti potesta te. Hec aūt paruipēdebat siq̄s

de deo non ita saperet sicut ipse. In his igitur etiam iperator laudabat eum: cum et ipse veros sacerdotes imitaretur et nequaq͂ p̄sequi volentes admitteret. Ego tamen presumptiue dico: q꞉ mansuetudine omnes veros sacerdotes euicerit. Ob quam causā hostes suos extra belli certamia subiugabat: sicut ostenditur in iohāne tyranno et facta post hoc perditione barbarorum.

¶ Capitulum.xij.

Post interitum iohannis tyranni: barbari quos ille contra romanos sibi euocauerat in auxilium parati erant romanorum fines inuadere. Hec audiens imperator consuete hāc sollicitudinem deo commisit: et orationibus occupatus cito promeruit quod quesiuit. Que enim prouenerūt barbaris enarranda sunt. Dux enim eoruꝫ nomine rugas fulmine percussus interiit. Secutaq꞉ pestis maximā partem eorum hominum interemit. Et non solum hoc suffecit sed etiam ignis de celo descēdēs plurimos qui videbantur remansisse consumpsit. Que res barbaros in formidine magna constituit nō solum quia contra gentem romanorum fortissimam arma leuare presumpserant: sed quia sic eos a forti deo conspiciebant. Tunc enī proclus episcopus de prophetia ezechiel coram ecclesia faciēs sermonem de collata salute ab omnibus est laudatus. Cuius prophetie verba sunt hec. Et tu fili hominis prophetisa in gog p̄ricipe mosoch et thubal. Judico enim eum morte et sanguine et ymbre diluuii et lapidibus grandinis: ⁊ ignē et sulphur pluam super eum ⁊ omnes qui cum eo sunt. Et post pauca. Et sciēt quia ego sum dn̄s.

¶ Capitulum.xiij.

Igitur imperatori propter suam mansuetudinem ⁊ alia plurima prestitit deus quorum vnum illō est. Erat ei filia ex eudoxia nomine eudoxia. Hanc valentinian⁹ consobrinus eius hesperiarum partium ab eo factus imperator petiit vxorem. Cumq꞉ theodosius annuisset cogitabat in medio itineris quodam loco nuptias celebrare. Placueratq꞉ vt thessalonicam ambo venirent. Inter hec nunciauit valentinianus ne fatigaretur theodosius: ipse enī venturum se constātinopolim cōpromisit. Cumq꞉ ergo partes munisset hesperias: constantinopolim venit ad nuptias. Quibus celebratis consulatu ysidori et senatoris vxore sumpta reuersus est.

¶ Capitulum.xiiii. A

Non multo post episcopus proclus eos q̄ propter iohannis depositionem segregabantur ecclesie restituit. Sapientiaq꞉ sua eorum tristiciam mitigauit hoc modo.

Corpus enim iohannis i cumanis sepultum: tricesimo quinto anno post depositionem constātinopolim iubēte imperatore reuocauit/et publice diuulgatū in ecclesia apostolorum multo honore recōdidit. Quod actum est sexies decies consulatu honorij theodosij septimadecima ianuarij mensis die. Paulus quoqꝫ B nouatianorum episcopus codēz consulatu vicesima iulij mensis die defunctus ē. Qui cum egrotaret nec dietam consuetam trāsgressus ē: nec orationes solitas pretermisit. Cumqꝫ esset morti vicinus euocauit omnes clericos suos dicens. Cogitate episcopū eligere donec viuo: ne post hec turbā ecclesie nostre sustineant Illis vero ei potius electionem dantibus: paulus ait. Ergo scriptam michi huiusmodi date ꝓfessionem: quia ipsū eligetis quē ego decreuero. Quibus hoc facientibus atqꝫ subscribentibus marciani presbiteri nomē in carta conscripsit atqꝫ signauit. Fecitqꝫ priores similiter signare presbiteros: eamque cartam apud marchum deposuit. scithā[illegible] ecclesie nouatianorum episcoporum dicens. Si vixero michi redde. Si mortuus fuero hic inuenietis qui debeat ordinari. Post cuius obitum tertia die re[illegible]antes: in marciani nomen inuenientes eiusqꝫ laudātes electionē sine ulla mora miserit ithiberiade frigie vbi tunc habitabat. Et comprehensum deduxerunt vicesimaprima die eius mensis et ordinauerunt episcopum.

Capitulum. xv.

Theodosius igitur imperator pro beneficiis a deo sibi collatis gratias referebat pluribus honoribus christo sua vota cōpensans/coniugemqꝫ suam eudoxiam ad hierosolimam destinauit Hoc enim et ipsa votum habuerat si filiam videret nuptā. Que tam hierosolimis ecclesias constitutas qꝫ per singulas ciuitates positas honorauit et cum pergeret et cum denuo remearet.

Capitulum. xvi.

Proclus autem episcopus eodem tēpore septimodecimo īperatoris theodosii cōsulatu: rem mirabilem operatus est quā nullus priorum fecit episcoporum. Cum enim firmus episcopus cesarie capadocie mortuus fuissꝫ: aderant cesarienses petentes episcopum Cumqꝫ cogitaret quē eis ordinare debuisset contigit vt ad eum salutādum die sabbato senatores vniuersi venirent. Inter quos thalassius qui prefecturam ilirici ministrauerat dignitatē. Cūqꝫ ꝑ futurus e. Tet sicut

habebat fama orietalē regere prefecturam: missa manu proclus pro prefecture dignitate episcopatū et cesariane ciuitatis imposuit. Hec equidem in ecclesia illo tempore gerebantur.

¶ Nos autem hic terminum faciamus hystorie i pace gubernari cunctas ecclesias exorantes. Nos ergo o sacratissime homo dei theodore tuam compleuim⁹ iussionem finem facientes hystorie. In anno secundo trecentesime quinte olimpiadis consulatu septies decies imperatoris theodosiū percontulimus.

Fr. Andreas Ursinus de catharie er Eremitarum s.ti Aug.ni utebat.

¶ Hystorie ecclastice explicit liber duodecimus et vltim⁹ Gloria indiuidue trinitati Pax legētib⁹. Credulitas audientibus Uita facientibus.

A M E N

¶ Incipit tabula huius libri.

Tabula.

¶ Concilium.

¶ Constantia.

Tabula alphabetica

Tabula alphabetica

¶ Finit tabula.